

ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV ANGLIA SIGILLUM
VE RI TAS

A. Haaß
[illegible]

THEOPHRASTI

CHARACTERES.

EDIDIT

HENRICUS EDUARDUS FOSS.

LIPSIAE.

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLVIII.

LIPSIAE TYPIS B. G. TEUBNERI.

VIRO · ILLUSTRISSIMO
SUMME · VENERANDO

IOANNI · SCHULZE

THEOLOGIAE · ET · PHI
LOSOPHIAE · DOCTORI
REGI · BORUSSORUM
A · CONSILIIS · INTIMIS
FAUTORI · SEMPER
BENEVOLENTISSIMO

D · D · D

HENRICUS · EDUARDUS · FOSS

PRAEFATIO.

Haud facile ullus veterum scriptorum inveniatur liber, qui, quum exiguo sit ambitu, plures hominum ac temporum passus sit iniurias pluresque legentibus afferat dubitationes, quam is, quo pravos hominum mores descripsit Theophrastus, neque ullo alio quam illius exemplo clarius ostenditur, sua libellis esse fata. Nam quum recte statuere nobis videamur, librum non ita, ut nunc est comparatus, a Theophrasto ipso esse compositum, sed recentiore memoria ex maiore eius opere excerptum, servatis quidem fere ipsius scriptoris verbis, ut vere tamen Theophrasteus possit nominari, partim eorum, qui confecerunt epitomen, partim librariorum, qui postea descripserunt, factum est culpa et negligentia, ut plura in eo quam in ullo alio eiusdem circuitus volumine reperiantur menda. Neque enim modo singula verba vitiose scripta sunt, sed multa etiam passim omissa vel coarctata et in angustum male referta: notae deinde, quibus hominum mores exprimuntur et effinguntur, parum recte saepe compositae et ordinatae, aut ad alienos mores prave relatae sunt.

Mirabiliter autem accidit, ut ne hunc quidem librum tam male habitum et comparatum uno eodemque tempore totum atque integrum acciperemus, sed ut singulae deinceps particulae longis intermissis intervallis in doctorum hominum venirent notitiam. Postquam enim diu opusculum Theophrasteum in bibliothecarum latebris abditum iacuit, Bilibaldus Pirckeymherus tandem quindecim characteres priores e codice quodam Italico negligenter

VE RI TAS

quo libro secrevit, sed etiam argumentis usus pluribus et, ut ipse putabat, gravissimis a librario inepto et doctrinae ostentatore profecta ea esse defendere studuit. In quam sententiam quoniam qui in his studiis versabantur plerique omnes erant propensissimi, mirum non poterat cuiquam accidere, quod, quum Christianus Wurmius notationes morum viginti unam prius vulgatis breviores multoque contractiores in codice olim Augustano, nunc Monacensi repertas in actis philologorum Monacensium Tom. III. fasc. III. p. 365 sqq. ederet, vir adeo doctissimus acutissimusque, Fridericus Thierschius, prooemium saltem et quinque prima capita, quum in aliis codicibus turpiter essent ineptis librariorum additamentis foedata, tunc primum germana forma affirmabat esse publicata.

In hac tanta incertarum opinionum discrepantia exortus equidem virorum doctorum controversias componere atque, si possem, rem explicare et expedire sum conatus. Tribus enim commentationibus tribus deinceps annis MDCCCXXXIV.—MDCCCXXXVI. Halis Saxonum emissis in codice illo Monacensi non integros Theophrasti characteres, sed epitomen quandam inventam esse docui*): eum autem, qui composuerit illam, codice usum esse bono paullumque diverso ab illis, e quibus vulgatae editiones profluxerint. Deinde vero supplementa Palatini omnia Theophrastea eodemque pretio esse ostendi, quo essent characteres prius vulgati. Argumenta autem a me proposita diligenterque et copiose explicata tam certa et ad probandum firma erant, ut omnes ex animis exemisse scrupulos atque quaestionem perdifficilem et perobscuram viderer expedivisse. Nemo enim, quantum quidem scio, exortus est, qui sententiam meam impugnaret: imo vero Eduardus Meierus, vir doctissimus et harum rerum existimator intelligens, nulla interposita mora assensum suum re atque verbis publice testificatus est: neque recentissimi characterum editores Duebnerus et Hartungius supplementa recipere dubitarunt.

*) Idem iam ante me a Pinzgero esse actum e commentatione docte et eleganter scripta (p. 20), quam de Theophrasti characterum libello Fridericus Hanowius nuperrime edidit, cognovi.

THEOPHRASTI

CHARACTERES.

EDIDIT

HENRICUS EDUARDUS FOSS.

LIPSIAE.

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLVIII.

LIPSIAE TYPIS B. G. TEUBNERI.

VIRO · ILLUSTRISSIMO
SUMME · VENERANDO

IOANNI · SCHULZE

THEOLOGIAE · ET · PHI
LOSOPHIAE · DOCTORI
REGI · BORUSSORUM
A · CONSILIIS · INTIMIS
FAUTORI · SEMPER
BENEVOLENTISSIMO

D · D · D

HENRICUS · EDUARDUS · FOSS

per tempus licuisset. [redacted]
par erat, illis uti. [redacted]
Sheppardiano et [redacted]
potissimum secutus [redacted]
Sheppardum et [redacted]
Haec quum ita [redacted]
quod characteres [redacted]
cusatione existimet [redacted]
plaria omnia, ut [redacted]
corruptelisque obs
dum ad certam qua
plane est necessari
collatione, sine q
opusculi Theophra
suscipere docui, ego
tanto tamque diffic
iudicium.

Dicendum iam est
tuendis emendandisque
que subsidiis, quibus p
instructus ad opus acce
codices Monacenses duo
quorum hic quindecim (no
refert) characteres priores, ille
latos illos olim iam, sed satis
ab I. G. Krabingero, Carolus
cuius insignem in hac re experi
litteras a me rogatus ad me tr
lis usurpare et diligenter confe
rici Haasii, viri amicissimi, ex
ceptum refero, quod nova codicis
uti mihi licuit. Codex ille duodetrigin
res et in bibliotheca Rhedigeriana, qua
asservatur: unus quidem ille ex recentior
mis certe illorum recte et merito annum
nullis adeo cum Palatino congruit. Idem es
is, quo usus est vir quidam doctus, — quem
fuisse suspicor — qui de editione Blochiana in
terariis Ienensibus anni MDCCCXV. (no. 98. p.

PRAEFATIO.

Haud facile ullus veterum scriptorum inveniatur liber, qui, quum exiguo sit ambitu, plures hominum ac temporum passus sit iniurias pluresque legentibus afferat dubitationes, quam is, quo pravos hominum mores descripsit Theophrastus, neque ullo alio quam illius exemplo clarius ostenditur, sua libellis esse fata. Nam quum recte statuere nobis videamur, librum non ita, ut nunc est comparatus, a Theophrasto ipso esse compositum, sed recentiore memoria ex maiore eius opere excerptum, servatis quidem fere ipsius scriptoris verbis, ut vere tamen Theophrasteus possit nominari, partim eorum, qui confecerunt epitomen, partim librariorum, qui postea descripserunt, factum est culpa et negligentia, ut plura in eo quam in ullo alio eiusdem circuitus volumine reperiantur menda. Neque enim modo singula verba vitiose scripta sunt, sed multa etiam passim omissa vel coarctata et in angustum male referta: notae deinde, quibus hominum mores exprimuntur et effinguntur, parum recte saepe compositae et ordinatae, aut ad alienos mores prave relatae sunt.

Mirabiliter autem accidit, ut ne hunc quidem librum tam male habitum et comparatum uno eodemque tempore totum atque integrum acciperemus, sed ut singulae deinceps particulae longis intermissis intervallis in doctorum hominum venirent notitiam. Postquam enim diu opusculum Theophrasteum in bibliothecarum latebris abditum iacuit, Bilibaldus Pirckeymherus tandem quindecim characteres priores e codice quodam Italico negligenter

descriptos et ab Io. Franc. Pico comite Mirandulano dono acceptos Noribergae anno MDXXVII. edidit. Viginti quinque annis post Io. Baptista Camotius suae Aristotelis operum editioni tum alia Theophrasti scripta, tum characteres viginti tres e pleniore codice diligentissime expressos addidit. His Isaacus Casaubonus quinque characteres a Marquardo Frehero e codice quodam Palatino descriptos a. MDLXXXXVIII. (MDLXXXXIX.) adiunxit. Sed ne sic quidem perfectum et absolutum esse opusculum Theophrasteum constabat inter omnes: in codicibus enim nonnullis triginta capitum inventi erant indices. Iam vero duo ferme saecula praeterierant et omnem viri docti deposuerant spem, fore unquam, ut etiam ultima duo capita tam diu frustra desiderata reperirentur, quum Io. Chr. Amadutius ea e codice olim Palatino, nunc Vaticano CX. Parmae anno MDCCLXXXVI. edidit.

Haec quum mira profecto cuique debeant videri et vix unquam in aliis veterum scriptis ad nostram memoriam servatis acciderint, nondum tamen satis fortuna huic libro tam egregio tamque pleno bonae frugis illuserat. In eodem enim codice Vaticano CX. quum iam prius a Prospero Petronio rumor disseminatus esset characteres tredecim posteriores eorum quidem, qui tunc noti erant, multo auctiores melioresque extare, Io. Philippus Siebenkeesius eos, quum Romae commoraretur, ex illo descripsit et in anecdotis Graecis, quae in bibliothecis Italicis collegerat, anno MDCCLXXXXVIII edidit, auctos quidem revera supplementis, quorum in reliquis codicibus vix ullum apparuit vestigium. Haec supplementa quum viris doctis gratissima deberent accidere, scrupulos iis potius iniecerunt maximos et in dubitationem disceptationemque vocata sunt. Et Io. Gottl. Schneiderus quidem, qui a. MDCCIC. characteres edidit, quum ab ipso Theophrasto putaret esse profecta supplementa, recepit ea atque defendit, tam parum autem aliis de sententiae suae veritate persuasit, ut vix unus et alter ei assentiretur. Imo vero Fridericus Astius, qui Theophrasti opusculum amplo et copioso commentario instructum a. MDCCCXVI. emisit, supplementa Palatini non modo reiecit et ab reli-

quo libro secrevit, sed etiam argumentis usus pluribus et, ut ipse putabat, gravissimis a librario inepto et doctrinae ostentatore profecta ea esse defendere studuit. In quam sententiam quoniam qui in his studiis versabantur plerique omnes erant propensissimi, mirum non poterat cuiquam accidere, quod, quum Christianus Wurmius notationes morum viginti unam prius vulgatis breviores multoque contractiores in codice olim Augustano, nunc Monacensi repertas in actis philologorum Monacensium Tom. III. fasc. III. p. 365 sqq. ederet, vir adeo doctissimus acutissimusque, Fridericus Thierschius, prooemium saltem et quinque prima capita, quum in aliis codicibus turpiter essent ineptis librariorum additamentis foedata, tunc primum germana forma affirmabat esse publicata.

In hac tanta incertarum opinionum discrepantia exortus equidem virorum doctorum controversias componere atque, si possem, rem explicare et expedire sum conatus. Tribus enim commentationibus tribus deinceps annis MDCCCXXXIV.—MDCCCXXXVI. Halis Saxonum emissis in codice illo Monacensi non integros Theophrasti characteres, sed epitomen quandam inventam esse docui*): eum autem, qui composuerit illam, codice usum esse bono paullumque diverso ab illis, e quibus vulgatae editiones profluxerint. Deinde vero supplementa Palatini omnia Theophrastea eodemque pretio esse ostendi, quo essent characteres prius vulgati. Argumenta autem a me proposita diligenterque et copiose explicata tam certa et ad probandum firma erant, ut omnes ex animis exemisse scrupulos atque quaestionem perdifficilem et perobscuram viderer expedivisse. Nemo enim, quantum quidem scio, exortus est, qui sententiam meam impugnaret: imo vero Eduardus Meierus, vir doctissimus et harum rerum existimator intelligens, nulla interposita mora assensum suum re atque verbis publice testificatus est: neque recentissimi characterum editores Duebnerus et Hartungius supplementa recipere dubitarunt.

*) Idem iam ante me a Pinzgero esse actum e commentatione docte et eleganter scripta (p. 20), quam de Theophrasti characterum libello Fridericus Hanowius nuperrime edidit, cognovi.

Sed non hanc modo iniuriam, quam tempori ac fortunae recte imputaveris, verum etiam aliam ab ipsis editoribus accepit liber Theophrasti. Aliorum enim incredibilem expertus est audaciam ac temeritatem, aliorum contra maximam timiditatem et anilem superstitionem: illi nihil immutatum reliquerunt, sed sic omnia perverterunt, ut scriptoris manum vix agnosceres: hi vel certissimas coniecturas repudiarunt, manifestissima vitia defenderunt, apertissimas lacunas non viderunt: quum sedulo et obscura diligentia alii levissima quaeque e libris scriptis editisque colligerent et in unum darent conspectum, alii turpissima negligentia vitia commiserunt intoleranda: egregii illi viri, qui divinis praediti ingeniis abundantique instructi doctrina rectam emendandi viam erant ingressi, industriae carebant subsidiis, quae posterior demum tulit aetas.

Codices Theophrastei in tres distribui possunt classes. Et prima quidem Parisienses A et B continet, collatos olim a Guilelmo Clerico in Petri Needhami usum, nuper deinde a Friderico Duebnero inspectos et consultos. Duo hi codices vetustissimi optimique sunt, noni saeculi alter, alter decimi, vel ambo, ut Duebnerus statuit, decimi ineuntis. Cum his codex Baroccianus, saeculo quinto decimo „circa captam Constantinopolim“ scriptus, quo etiam Needhamus usus est, ita congruit, ut ab eodem fonte profluxisse videatur. Neque dissimilis est codex Fonteblandensis, quem Duebnerus, qui inspexit, uno tantum loco a Parisiensibus illis discrepare vidit. Quattuor illi codices quindecim tantum morum notationes priores continent.

Secunda classis uno constat Palatino s. Vaticano CX. Hic posteriores characteres quindecim comprehendit omniumque codicum Theophrasteorum longe est praestantissimus. Scriptus autem videtur esse saeculo tertio decimo et originem habet diversam ab ea, quae ceterorum librorum manu scriptorum fuit omnium.

Tertia denique classis reliquos complectitur codices, quorum alii quidem viginti tria, alii viginti octo comprehendunt capita, longe autem plurimi priora quindecim. Horum haud parvus est numerus, pauci tamen tam dili-

genter, quam oportebat fieri, sunt collati. Omnes autem recentiores sunt, scripti quidem illi maiorem partem saeculo quinto decimo vel quarto decimo, et a Parisiensibus illis A et B bonitate superantur.

Ex hoc numero codices fuerunt illi, ex quibus exempla Pirckeymheri, Camotii, Casauboni, qui primi quidem, ut supra diximus, novorum characterum aperuerunt notitiam, facta sunt et expressa. Reliqui editores, qui ante Needhamum extiterunt, quum melioribus carerent codicibus, satis habuerunt illorum repetere exemplaria. Multi quidem doctissimique viri in emendando libro Theophrasteo, quem ingeniosissimi quique mirifice semper adamarunt, strenue versati felicissimas acutissimasque ceperunt coniecturas, raro autem aut ipsi recipere eas ausi sunt, aut ita probarunt editoribus, ut ab his illae reciperentur. Imo ne Casaubonus quidem, vir singulari praeditus ingenio, etsi praeclare prorsus menda innumerabilia deprehendit, patefecit, correxit, a priorum editorum ratione discedere ausus est, satis habens in annotationibus certam ostendisse vel probabilem certe emendandi viam. Sic vulgata paullatim orta est scriptura, quam vel recentissimi saepe editores iusto cautius servarunt. Aliam viam ingressus Petrus Needhamus anno MDCCXII. notationes morum edidit. Qui quum scripturae discrepantia e novem codicibus enotata instructus ad recte constituenda scriptoris verba accederet, Parisienses A et B, quos ipse Gallicos primum et secundum solet nominare, et optimos et sequendos sibi esse intellexit. Sed quum haud raro a scriptura ante vulgata discederet, non tam saepe tamen, quam et poterat et debebat, optimorum illorum auctoritatem est secutus. Needhamum in plerisque secutus Schwarzius a. MDCCXXXIX. characteres edidit. Is tamen Theophrasti verba quum emendare sibi videretur, tam audacter tamque inepte saepe mutavit, ut temeritate et audacia sua omnes qui secuti eum sunt editores horrore quodam perfunderet et ab hac criticae artis factitandae ratione deterreret. Ita factum est, ut Io. Frid. Fischerus, homo diligentissimus simulque timidissimus, quum anno MDCCLXIII. opusculum Theophrasteum ederet, pertaesus Schwarzii teme-

ritatem, relicta, quam ingressus Needhamus erat, via ad vulgatam rediret scripturam. Huius autem tanta admiratione verecundiaque affectus erat et quodammodo obstupefactus, ut vix unquam a se impetraret, ut litterulam aliquam mutaret vel apicem: numeravit nimirum libros et scriptos et editos, non ponderavit. Maxima tamen neque unquam satis praedicanda huius viri, cuius diligentia omni laude superior fuit, in librum Theophrasti sunt merita. Inventis deinde in codice Vaticano supplementis antea incognitis et postremis duobus notationum capitibus quum nova opus esset editione, Schneiderus quidem in exemplum a se curatum et a. MDCCIC. editum supplementa illa recepit, sed quum nonnulla praeclare expediret, satis tamen negligenter in adornanda editione versatus est nec certam quandam emendandi rationem tenuit. Idem in Fridericum Astium convenit, qui errore captus et praeiudicata ductus opinione supplementa Palatini in exemplum anno MDCCCXVI. a se editum non recepit neque viam ab Needhamo monstratam persecutus est. Qui post Schneiderum Astiumque Theophrasti characteres longo intervallo (anno MDCCCXL.) edidit, Fridericus Duebnerus, haud pauca is quidem menda, quibus inquinatus erat liber, partim optimorum codicum secutus auctoritatem, partim coniectura aliorum plerumque, interdum vero etiam sua usus sustulit, multo tamen plura, quum nollet omnia recensere et ad integritatem revocare, aliis tollenda reliquit. I. A. Hartungius denique, recentissimus editor, quum difficillimum profecto sit emendare Theophrasti librum, facillimum illud vel nihil potius esse negotii sibi passus est persuaderi. Plus ille sine dubio profecisset, si melius instructus paratusque rem lubricam laborisque plenissimam esset aggressus et, quot menses in ea consumsit, totidem consumsisset annos.

Omnes autem illi viri quoniam nova codicis Palatini collatione plane necessaria carebant, non poterant Theophrastei operis absolvere emendationem. Siebenkeesius enim quum parum paratus, ut videtur, ad legendum codicem litteris male exaratis multisque scribendi compendiis *deformatum* accederet ac satis festinanter in excutiendo

eo conferendoque versaretur, multa, quae difficilia lectu essent, prave interpretatus est atque descripsit, multa alia, quae mentione essent digna, non animadvertit silentioque praetermisit. Ipse quum, antequam anecdotorum volumen edidisset, mortem obiret, Io. Adamus Goezius non modo editionem absolvit, sed etiam omnes Theophrasti characteres Vaticani codicis supplementis auctos a. MDCCLXXXXVIII. edidit. Caruit autem doctrina ad susceptam curam et operam necessaria Goezius pariter atque oculorum acie: itaque factum est, ut et anecdotorum et characterum volumen tam incredibili negligentia exscriptum typis sit, ut ingentem turpissimorum vitiorum multitudinem in quavis pagina deprehendas. Dudum igitur viri harum rerum intelligentes nova codicis Palatini collatione opus esse perspexerunt, nec posse quemquam, hac qui careat, Theophrastei libri emendationem ita instituere et absolvere, ut peritis satisfaciat.

Feliciter autem accidit, ut Carolus Badhamus Anglus, vir doctissimus et Germanis quoque philologis probatissimus, anno MDCCCXLIII., quum Romae commoraretur, codicem Vaticanum cum editione Tauchnitiana conferret et enotatam scripturae discrepantiam Ludovico Prellero, viro clarissimo, tunc quum maxime in Italia versanti describendam committeret. Prellerus vero aliquot annis post, quum Vimariae eum convenirem, qua est humanitate, apographum suum mecum communicavit, atque ex eo equidem lectiones a Tauchnitiano exemplo discrepantes quam poteram accuratissime exscripsi scribendique compendia imitando expressi. Easdem praeterea lectiones Ioannes G. Sheppardus Anglus, qui characteres amplo commentario explicatos Londini anno MDCCCLII. edidit, a Badhamo ipso acceptas in exemplo a se publicato p. 280—288 typis exscribendas curavit: ipse tamen iis sero, ut in praefatione narrat, ad se transmissis non est usus. Quod vix crediderim valde esse dolendum. Sheppardus enim, qui ultra Astium fere non saperet et in eorum omnium, quae Germani philologi post illum tum de libro Theophrasteo, tum praesertim de codice Palatino commentati essent, summa versaretur ignoratione, etiamsi

per tempus licuisset, fortasse ne potuisset quidem ita, ut par erat, illis uti. Ceterum quoniam Prelleri apographum Sheppardiano et plenius est et diligentius factum, illud potissimum secutus sum, ascriptis fideliter iis, quae apud Sheppardum et Siebenkeesium discreparent.

Haec quum ita sint, vix quemquam fore puto, qui me, quod characteres Theophrasteos edendos susceperim, excusatione existimet egere. Etenim quum et vetera exemplaria omnia, ut ostendi supra, plurimis adhuc mendis corruptelisque obsita sint atque maculata, et critica nondum ad certam quandam rationem factitata sit, nova editio plane est necessaria. Deinde vero nova Vaticani codicis collatione, sine qua nec posse quemquam nec debere opusculi Theophrastei emendationem atque editionem suscipere docui, ego quidem non careo. Vires meae num tanto tamque difficili suffecerint operi, penes alios esto iudicium.

Dicendum iam est de via ac ratione, quam in constituendis emendandisque scriptoris verbis secutus sim, deque subsidiis, quibus praeter Vaticani codicis collationem instructus ad opus accesserim. Ut ab his autem exordiar, codices Monacenses duos, numeris 327 et 490 signatos, quorum hic quindecim (non quattuordecim, ut Astius p. 48 refert) characteres priores, ille viginti tres continet, collatos illos olim iam, sed satis negligenter, in Astii usum ab I. G. Krabingero, Carolus Halmius, vir clarissimus, cuius insignem in hac re expertus sum benignitatem, per litteras a me rogatus ad me transmisit. Sic ipse illos oculis usurpare et diligenter conferre potui. Deinde Friderici Haasii, viri amicissimi, eximiae benevolentiae acceptum refero, quod nova codicis Rhedigeriani collatione uti mihi licuit. Codex ille duodetriginta continet characteres et in bibliotheca Rhedigeriana, quae Vratislaviae est, asservatur: unus quidem ille ex recentioribus est, at optimis certe illorum recte et merito annumeratur: in nonnullis adeo cum Palatino congruit. Idem est autem atque is, quo usus est vir quidam doctus, — quem Schneiderum fuisse suspicor — qui de editione Blochiana in diurnis litterariis *Ienensibus* anni MDCCCXV. (no. 98. p. 297—304)

iudicium fecit. Hunc igitur „censoris Ienensis“ codicem, cuius Astius saepe iniicit mentionem, nunquam commemoravi. Praeterea lectiones e codice Darmstadiensi a Fr. Xav. Werfero enotatas et in actis philologorum Monacensium Tom. III. fasc. III. p. 427—430 publicatas, quibus priores editores nondum usi sunt, diligenter examinavi et, si res posceret, commemoravi. Denique etiam lectiones e codicibus Florentinis quattuor a Leonardo Riccio enotatas severo ponderavi iudicio et, quoties opus esse videretur, in scripturae discrepantia verbis Graecis subiecta ascripsi. Mentio quidem illarum etiam ab aliis interdum facta est editoribus, sed praeter Coraem nemo videtur ipsum Riccii librum oculis usurpasse: satis plerique habuerunt, hic illic lectionum a Corae in margine suae editionis appositarum repetere memoriam: atque ab illo ipso multae silentio sunt praetermissae. Dolendum vero est quam maxime, quod Riccii in enotandis lectionibus a suo exemplo discrepantibus non minor quam Siebenkeesii fuit negligentia atque incuria. Sunt autem, ut diximus, quattuor a Riccio collati codices: et unus quidem (X) prooemium et duos characteres, reliqui tres (S. T. V) prooemium et quindecim characteres priores continent. Reponendi illi, praesertim T et V, in meliorum codicum sunt numero atque interdum cum Parisiensibus A et B concordant.

Praeter haec novis ad edendum emendandumque Theophrasti librum adiumentis non sum usus: vetera autem pleraque mihi ad manus fuisse et diligenter a me in usum meum esse conversa, vix opus est dicere. Ceterum novam codicum recentiorum minusque bonorum collationem, quum simillimi omnes inter se sint, arbitror equidem futuris characterum editoribus non multum allaturam esse adiumenti. Nisi novus aliquando invenietur codex, qui ab alio atque codices adhuc noti profluxerit fonte, ingenii acie coniectandique sollertia menda etiamnum reliqua e libro Theophrasteo oportebit tolli.

Quam rationem in emendandis recteque constituendis scriptoris verbis sequendam et servandam putem, supra iam satis aperte significavi. Secutus igitur sum in priori-

bus quindecim capitibus, quantum fieri poterat, optimos libros Parisienses A et B, in quindecim posterioribus Palatinum vel Vaticanum CX, quem simpliciter Palatinum vel Vaticanum non addito numero nominare soleo. Ita sane factum est, ut capita priora et posteriora non ab omni parte congruere inter sese et concordare videantur. Nisi enim me fallit opinio, etiam priora capita pariter atque posteriora auctiora olim et ampliora extiterunt, codices autem pleniores, qualis Palatinus est, aut interierunt, aut latent etiamnum in bibliothecae alicuius tenebris. Deinde vero etiam in formis verborum est quoddam inter Parisienses A et B et Palatinum discrimen: at leviculas hasce dissimilitudines, quas rei ipsius ratio ferret, nec potui evitare vel tollere, nec volui. Etenim quum meliore ac pleniore priorum capitum codice careamus, quis possit vel audeat ad Palatini similitudinem omnia revocare, vel quis praeter ea quidem additamenta, quae ad explendas lacunas necessaria sunt, priora illa capita augere velit supplementis? Sed de his quidem alio loco accuratius erit quaerendum.

Quum ne optimorum quidem codicum auxilio omnia tolli et corrigi possint menda multaque coniecturâ sint emendanda, ego quoque, ubicunque res posceret, aut ipse coniecturâ verum assequi conatus sum, aut, si alii certam indagasse viderentur emendandi viam, hanc sequendam esse duxi. In quo genere imprimis nominandus praedicandusque mihi est Eduardus Meierus, qui quinque programmatis Halis Saxonum a. MDCCCXXX—MDCCCL. editis depravata multa tam praeclare restituit et correxit, ut ad eius auctoritatem me applicare non dubitarem. In vitiorum numerum referendae potissimum lacunae sunt, quarum magna profecto in libro Theophrasteo extat multitudo. Omnes tamen praeter unam, qua ultimum deformatur caput, ita comparatae sunt, ut, sententiarum verborumque contextus quid postulet quum facile perspiciatur, expleri possint. Quapropter, quantum ferebant ingenii vires, explevi illas: ut statim tamen legentibus appareat, quid a scriptore profectum in codicibus inveniatur, quid interpositum a me vel aliis sit, quaecunque orationi in-

serui, omnia uncinis [ ] a reliquis verbis seclusi. Neque enim tantum mihi tribuo, ut semper me vel etiam plerumque ipsa Theophrasti verba assecutum esse coniectura existimem.

In verbis coniectura mutandis mediam quandam mihi putavi inter nimiam temeritatem nimiamque timiditatem ineundam esse rationem. Itaque quae certae mihi aut valde probabiles viderentur esse coniecturae, eas, quoties quidem codicum scriptura ferri nullo modo posset, non dubitavi recipere: quoties non contingeret mihi iustam mendi correctionem mente et cogitatione exquirere, intactum illud reliqui: si denique scriptura codicum, licet dubitationem mihi afferret minusque esset bona, defendi certe posset, coniecturam, quae probabilis videretur, in discrepantium lectionum conspectu, quem verbis Graecis subieci, satis habui proponere. Nolui enim, quae multorum Theophrastei libri editorum fuit consuetudo, servata semper codicum scriptura, nihil nisi in critica annotatione emendandi viam ac rationem indicare et ostendere. Quid enim iuvat, apertissima propagare vitia atque ita legentibus molestias exhibere et facessere negotia, ut in quavis pagina ter quaterve vel saepius etiam haereant neque quo se vertant sciant?

Varietatem scripturae, quae verba Theophrasti Graeca sequitur, nolui esse apparatum, quem vocant, criticum: hunc enim non licebat adiicere propter leges bibliothecae Teubnerianae editoribus scriptas, quas aliquantum iam me migrasse arbitror: neque enim poterat fieri, in hoc quidem opere ut religiose eas servarem. Itaque satis habui ea commemorare et diligenter colligere, in quibus ab reliquorum editorum rationibus discedendum mihi esse putaverim, ita tamen, ut etiam ea interdum ascriberem, in quibus unus alterve recentissimorum editorum eandem viam esset ingressus. Sic omnia ea in unum quodammodo conspectum dedi, in quibus a reliquis exemplaribus discreparet meum. Lacunarum supplementa omnia, non modo quae a me, sed etiam quae ab aliis interposita essent, etiamsi ab aliis iam ante me editoribus recepta essent, addito semper primi auctoris nomine indicavi: editorum ipsorum,

qui ante me recepissent, quum criticum apparatum colligere nollem, plerumque omisi mentionem.

Denique quae in vulgatis codicibus omissa nova e Palatino accesserunt, ea omnia accurate indicavi, etiamsi nulla facta mutatione, id quod raro accidit, recipi illa potuerunt. Sunt autem haec additamenta etiam ab recentioribus editoribus Schneidero, Blochio, Duebnero, Hartungio recepta: id vero ego non necesse habui in quovis Vaticani codicis supplemento commemorare et inculcare. Itaque etiam ubi nulla horum editorum facta est mentio, tenendum tamen, apud illos supplementa reperiri. Accidit autem interdum, ut additamenta quaedam, plerumque minora, interdum tamen etiam maiora, a Siebenkeesio praetermissa et neglecta, nunc vero a Badhamo inventa et in lucem edita a me primo reciperentur. Quod ubi factum est, haud obscure id significavi.

Quum editionum Teubnerianarum ratio hoc postulet, ut non commentarii copiosi atque ampli, sed lectionum varietates breviter enotatae scriptorum verbis adiungantur, nolui equidem, quum id paucis fieri non possit, sed satis amplum requirat volumen, aliorum opiniones argumentis refellere measque rationibus ad probandum idoneis firmare. Dicere non possum, quantopere id saepe mihi fuerit dolendum. Et quum intelligam, in hoc Theophrasti libello haudquaquam satis esse coniectura sine argumentorum firmamento proposita tollere menda et corrigere velle, sed accuratiore pleraque egere probatione, animum induxi maiorem suscipere et perficere editionem, critico instructam apparatu, qua receptas a me lectiones codicum et coniecturas veras probasque esse, quantum potero, defendam argumentisque probabo.

Ego vero etsi certo spero atque confido, nonnulla me recte constituisse et correxisse, atque exemplum opusculi Theophrastei a me curatum editumque ceteris emendatius posse nominari, longissime tamen ab hac absum arrogantia, ut omnia a me expedita, omnes remotas difficultates, menda omnia correcta esse arbitrer. Tantum id quidem est, ut unius hominis ingenium superet. Itaque eos, qui de opera mea iudicaturi sint, rogatos velim, ut

reputantes illud non quid desideretur adhuc, sed quid praestiterim respiciant. Scio enim et fateor, multorum etiamnum ingeniorum requiri operam, donec futurum sit, ut egregius libellus, siquidem id fieri omnino potuerit, ad pristinum integrumque restituatur nitorem. Quum vero mox secuturam esse sperem maiorem, de qua dixi, editionem, si qui de hoc libello existimaturi sint, eos vehementer rogo, ut, ubi de rationibus meis dubitaverint, donec illa prodierit, iudicium cohibeant. Maiore autem opus esse editione vix erit qui vel dubitet vel infitietur. Nam ut taceam, difficilium verborum sententiarumque explicationem ab huius editionis instituto ac ratione esse alienam, multa autem in Theophrasti libro, quum sint difficillima, explicationis indigere, quot, quaeso, aliae dubitandi disceptandique reliquae sunt materiae. Comparandi inter se sunt codices, quorum notitiam habemus paullo accuratiorem, dicendumque de eorum ratione et diversitate et cognatione. Deinde vero quid a prioribus praestitum sit editoribus severo certoque iudicio ponderandum est et enarranda contextus, quem vocant, historia. Quaerendum praeterea de scriptore libri, Theophrastus ille an alius fuerit: disserendum denique de libelli ipsius indole et ratione: postremo docendum, num integer liber sit et ab ipso Theophrasto ita, ut nunc est, compositus, an epitome ex maiore aliquo eius opere excerpta. Haec omnia quum in huius moduli libello locum non habeant, in aliud tempus fuerunt reservanda. Dab. Altenburgi mense Augusto anni MDCCCLVIII.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ

ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ.

Ἤδη μὲν καὶ πρότερον πολλάκις ἐπιστήσας τὴν διάνοιαν ἐθαύμασα, ἴσως δὲ οὐδὲ παύσομαι θαυμάζων, τί γὰρ δήποτε, τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀέρα κειμένης καὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων ὁμοίως παιδευομένων, συμβέβηκεν ἡμῖν οὐ τὴν αὐτὴν τάξιν τῶν τρόπων ἔχειν. Ἐγὼ γάρ, ὦ Πολύκλεις, συνθεωρήσας ἐκ πολλοῦ χρόνου τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν καὶ βεβιωκὼς ἔτη ἐνενήκοντα ἐννέα, ἔτι δὲ ὡμιληκὼς πολλαῖς τε καὶ παντοδαπαῖς φύσεσι καὶ παρατεθεαμένος ἐξ ἀκριβείας πολλῆς τούς τε ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς φαύλους ὑπέλαβον δεῖν συγγράψαι, ἃ ἑκάτεροι αὐτῶν ἐπιτηδεύουσιν ἐν τῷ βίῳ. Ἐκθήσω δέ σοι κατὰ γένος, ὅσα τε τυγχάνει γένη τρόπων τούτοις προσκείμενα καὶ ὃν τρόπον τῇ οἰκονομίᾳ χρῶνται· ὑπολαμβάνω γάρ, ὦ Πολύκλεις, τοὺς υἱεῖς ἡμῶν βελτίους ἔσεσθαι, καταλειφθέντων αὐτοῖς ὑπομνημάτων τοιούτων, οἷς παραδείγμασι χρώμενοι αἱρήσονται τοῖς εὐσχημονεστάτοις συνεῖναί τε καὶ ὁμιλεῖν, ὅπως μὴ καταδεέστεροι ὦσιν αὐτῶν. Τρέψομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὸν λόγον· σὸν δὲ παρακολουθῆσαί τε καὶ εἰδῆσαι, εἰ ὀρθῶς λέγω. Πρῶτον μὲν οὖν [μνείαν] ποιήσομαι τῶν τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων, ἀφεὶς τὸ προοιμιάζεσθαι καὶ πολλὰ περὶ τοῦ πράγματος λέγειν· καὶ ἄρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας καὶ ὁριοῦμαι αὐτήν· εἶθ᾽ οὕτως τὸν εἴρωνα διέξειμι, ποῖός τίς ἐστι καὶ εἰς τίνα τρόπον κατενήνεκται· καὶ τὰ ἄλλα δὴ τῶν παθημάτων,

ὥσπερ ὑπεθέμην, πειράσομαι κατὰ γένος φανερὰ καθιστάναι.

Εἰρωνείας α'.

Ἡ μὲν οὖν εἰρωνεία δόξειεν ἂν εἶναι, ὡς τύπῳ λαβεῖν, προσποίησις ἐπὶ χεῖρον πράξεων καὶ λόγων, ὁ δὲ εἴρων τοιοῦτός τις, οἷος προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθέλειν λαλεῖν, οὐ μισεῖν· καὶ ἐπαινεῖν παρόντας, οἷς ἐπέθετο λάθρα· καὶ τούτοις συλλυπεῖσθαι ἡττωμένοις καὶ πρὸς [αὐ]τοὺς ἀδικουμένους καὶ ἀγανακτοῦντας πράως διαλέγεσθαι· καὶ συγγνώμην δὲ ἔχειν τοῖς αὐτὸν κακῶς λέγουσι καὶ [μὴ ἀγανακτεῖν] ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτοῦ λεγομένοις· καὶ τοῖς ἐντυγχάνειν κατὰ σπουδὴν βουλομένοις προστάξαι ἐπανελθεῖν· καὶ πρὸς τοὺς δανειζομένους καὶ ἐρανίζοντας προσποιήσασθαι ἄρτι παραγεγονέναι, καὶ ὀψὲ γενέσθαι αὐτῷ, καὶ μαλακισθῆναι· καὶ μηδὲν, ὧν πράττει, ὁμολογῆσαι, ἀλλὰ φῆσαι βουλεύεσθαι· καὶ [πωλῶν λέγειν], ὡς οὐ πωλεῖ, καὶ μὴ πωλῶν φῆσαι πωλεῖν, καὶ ἀκούσας τι μὴ προσποιεῖσθαι, καὶ ἰδὼν φῆσαι μὴ ἑωρακέναι, καὶ ὁμολογήσας μὴ μεμνῆσθαι· καὶ τὰ μὲν σκέψεσθαι φάσκειν, τὰ δὲ οὐκ εἰδέναι, τὰ δὲ θαυμάζειν, τὰ δ' ἤδη ποτὲ καὶ αὐτὸς οὕτω διαλογίσασθαι. Καὶ τὸ ὅλον δεινὸς τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τοῦ λόγου χρῆσθαι· „Οὐ πιστεύω·“ „Οὐχ ὑπολαμβάνω·“ „Ἐκπλήττομαι·“ „Παράδοξόν μοι τὸ πρᾶγμα·“ „Ἄλλῳ τινὶ λέγε·“ καὶ „Λέγεις αὐτὸν ἕτερον γεγονέναι, καὶ μὴν οὐ ταῦτα πρὸς ἐμὲ διεξήει· ὅπως δὲ σοὶ ἀπιστήσω ἢ ἐκείνου καταγνῶ, ἀποροῦμαι· ἀλλ' ὅρα, μὴ σὺ θᾶττον πιστεύεις.“

[Τοιαύτας φωνὰς καὶ πλοκὰς καὶ καλλιλογίας εὑρεῖν ἔστιν, οὗ χεῖρον οὐδέν. Τὰ δὴ τῶν ἠθῶν

μὴ ἁπλᾶ ἀλλ' ἐπίβουλα φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τοὺς ἔχεις.]

Κολακείας β'.

Τὴν δὲ κολακείαν ὑπολάβοι ἄν τις ὁμιλίαν αἰσχρὰν εἶναι, συμφέρουσαν δὲ τῷ κολακεύοντι, τὸν δὲ κόλακα τοιοῦτόν τινα, ὥστε πορευόμενον ἅμα εἰπεῖν· „Ἐνθυμῇ, ὡς ἀποβλέπουσι πρός σε οἱ ἄνθρωποι; τοῦτο οὐδενὶ τῶν ἐν τῇ πόλει γίνεται πλὴν ἢ σοί·“ „Ηὐδοκίμεις χθὲς ἐν τῇ στοᾷ·“ πλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντα ἀνθρώπων καθημένων καὶ ἐμπεσόντος λόγου, τίς εἴη βέλτιστος, ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους πάντας ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατενεχθῆναι· καὶ ἅμα τοιαῦτα λέγων ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν κροκύδα, καὶ ἐάν τι πρὸς τὸ τρίχωμα τῆς κεφαλῆς ὑπὸ πνεύματος προσενεχθῇ ἄχυρον, καρφολογῆσαι, καὶ ἐπιγελάσας δὲ εἰπεῖν· „Ὁρᾷς; ὅτι δυοῖν σοι ἡμερῶν οὐκ ἐντετύχηκα, πολιῶν ἔσχηκας τὸν πώγωνα μεστὸν, καίπερ, εἴ τις καὶ ἄλλος, ἔχεις πρὸς τὰ ἔτη μέλαιναν τὴν τρίχα·“ καὶ λέγοντος δὲ αὐτοῦ τι τοὺς ἄλλους σιωπᾷν κελεῦσαι, καὶ ἐπισημήνασθαι δὲ, ἐπὰν παύσηται, „Ὀρθῶς·“ καὶ σκώψαντι ψυχρῶς ἐπιγελάσαι, τό τε ἱμάτιον ὦσαι εἰς τὸ στόμα, ὡς δὴ οὐ δυνάμενος κατασχεῖν τὸν γέλωτα· καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἐπιστῆναι κελεῦσαι, ἕως ἂν αὐτὸς παρέλθῃ· καὶ τοῖς παιδίοις μῆλα καὶ ἀπίους πριάμενος εἰσενέγκας δοῦναι ὁρῶντος αὐτοῦ, καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἀκούοντος, καὶ φιλήσας δὲ εἰπεῖν· „Χρηστοῦ πατρὸς νεόττια·“ καὶ συνωνούμενος ἐπὶ κρηπῖδας [ἐλθὼν] τὸν πόδα φῆσαι εἶναι εὐρυθμότερον τοῦ ὑποδήματος· καὶ πορευομένου πρός τινα τῶν φίλων προδραμὼν εἰπεῖν, ὅτι „Πρός σε ἔρχεται,“ καὶ ἀναστρέψας, ὅτι „Προήγ-

γελκα.“ Ἀμέλει δὲ καὶ τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς διακονῆσαι δυνατὸς ἀπνευστί· καὶ ὀψωνεῖν αὐτῷ καὶ αὐλητρίδας μισθοῦσθαι· καὶ τῶν ἑστιωμένων πρῶτος ἐπαινέσαι τὸν οἶνον, καὶ ἄρας τι τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης φῆσαι· „Τουτὶ ἄρα ὡς χρηστόν ἐστι·“ καὶ παρακείμενος εἰπεῖν· „Ὡς μαλακῶς [ἔχων] ἐσθίεις,“ καὶ ἐρωτῆσαι, μὴ ῥιγοῖ, καὶ εἰ ἐπιβάλλεσθαι βούλεται, καὶ ἔτι ταῦτα λέγων περιστεῖλαι αὐτόν· καὶ μὴν πρὸς τὸ οὖς προσκύπτων διαψιθυρίζειν, καὶ εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέπων τοῖς ἄλλοις λαλεῖν· καὶ τοῦ παιδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφελόμενος τὰ προσκεφάλαια αὐτὸς ὑποστρῶσαι· καὶ τὴν οἰκίαν φῆσαι εὖ ἠρχιτεκτονῆσθαι, καὶ τὸν ἀγρὸν εὖ πεφυτεῦσθαι, καὶ τὴν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι.

Καὶ τὸ κεφάλαιον τὸν κόλακα ἔστι θεάσασθαι πάντα καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα, ᾧ χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει.

Ἀδολεσχίας γ΄.

Ἡ δὲ ἀδολεσχία ἐστὶ μὲν διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβουλεύτων· ὁ δὲ ἀδολέσχης τοιοῦτός ἐστιν, οἷος, ὃν μὴ γινώσκει, τούτῳ παρακαθεζόμενος πλησίον πρῶτον μὲν τῆς αὐτοῦ γυναικὸς εἰπεῖν ἐγκώμιον· εἶτα, ὃ τῆς νυκτὸς εἶδεν ἐνύπνιον, τοῦτο διηγήσασθαι· εἶθ’, ὧν εἶχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ, τὰ καθ’ ἕκαστα διεξελθεῖν· εἶτα δὴ προχωροῦντος τοῦ πράγματος λέγειν, ὡς πολὺ πονηρότεροί εἰσιν οἱ νῦν ἄνθρωποι τῶν ἀρχαίων, καὶ ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ ὡς πολλοὶ ἐπιδημοῦσι ξένοι· καὶ τὴν θάλατταν ἐκ Διονυσίων πλόϊμον εἶναι, καὶ εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ πλεῖον, τὰ ἐν τῇ γῇ βελτίω ἔσεσθαι· καὶ ὅτι ἀγρὸν εἰς νέωτα γεωργήσει, καὶ ὡς

χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν, καὶ ὡς Δάμιππος μυστηρίοις μεγίστην δᾷδα ἔστησε· καὶ „Πόσοι εἰσὶ κίονες τοῦ Ὠιδείου,“ καὶ „Χθὲς ἤμεσα,“ καὶ „Τίς ἐστιν ἡμέρα σήμερον;“ καὶ ὡς Βοηδρομιῶνος μέν ἐστι τὰ μυστήρια, Πυανεψιῶνος δὲ Ἀπατούρια, Ποσειδεῶνος δὲ τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια· κἂν ὑπομένῃ τις αὐτὸν, μὴ ἀφίστασθαι.

Παρασείσαντα δὴ δεῖ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων [φεύγειν] καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι, ὅστις ἀπύρετος βούλεται εἶναι· ἔργον γὰρ συναρκεῖσθαι τοῖς μήτε σπουδὴν μήτε σχολὴν διαγινώσκουσιν.

Ἀγροικίας δ'.

Ἡ δὲ ἀγροικία δόξειεν ἂν εἶναι ἀμαθία ἀσχήμων, ὁ δὲ ἄγροικος τοιοῦτός τις, οἷος κυκεῶνα πιὼν εἰς ἐκκλησίαν πορεύεσθαι· καὶ τὸ μύρον φάσκειν οὐδὲν τοῦ θύμου ἥδιον ὄζειν· καὶ μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν· καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν· καὶ τοῖς μὲν φίλοις καὶ οἰκείοις ἀπιστεῖν, πρὸς δὲ τοὺς αὑτοῦ οἰκέτας ἀνακοινοῦσθαι περὶ τῶν μεγίστων· καὶ τοῖς παρ' αὐτῷ ἐργαζομένοις μισθωτοῖς ἐν ἀγρῷ πάντα τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διηγεῖσθαι· καὶ ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος καθιζάνειν, ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ φαίνεσθαι· καὶ ἐπ' ἄλλῳ μὲν μηδενὶ μήτε θαυμάζειν μήτε ἐκπλήττεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς, ὅταν δὲ ἴδῃ βοῦν ἢ ὄνον ἢ τράγον, ἑστηκὼς θεωρεῖν. Καὶ προαιρῶν δέ τι ἐκ τοῦ ταμείου δεινὸς φαγεῖν· καὶ ζωρότερον πιεῖν· καὶ τὴν σιτοποιὸν πειρῶν λαθεῖν, κᾆτ' ἀλέσαι μετ' αὐτῆς τοῖς ἔνδον πᾶσι καὶ αὑτῷ τὰ ἐπιτήδεια· καὶ ἀριστῶν δὲ ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν· καὶ κόψαντος τὴν θύραν ὑπακοῦσαι αὐτὸς, καὶ τὸν κύνα προσκαλεσάμενος καὶ ἐπιλαβόμενος τοῦ ῥύγχους εἰπεῖν „Οὗτος

φυλάττει τὸ χωρίον καὶ τὴν οἰκίαν·“ καὶ τὸ ἀργύριον δὲ παρά του λαμβάνων ἀποδοκιμάζειν, λίαν λέγων λυπρὸν εἶναι, καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι· καὶ ἐὰν τὸ ἄροτρον χρήσῃ ἢ κόφινον ἢ δρέπανον ἢ θύλακον, ταῦτα τῆς νυκτὸς [ἐξαιτεῖν] κατὰ ἀγρυπνίαν ἀναμιμνησκόμενος· καὶ εἰς ἄστυ καταβαίνων ἐρωτῆσαι τὸν ἀπαντῶντα, πόσου ἦσαν αἱ διφθέραι καὶ τὸ τάριχος, καὶ εἰ σήμερον ὁ Ἀγὼν νουμηνίαν ἄγει· καὶ εἰπεῖν, ὅτι βούλεται εὐθὺς καταβὰς ἀποκείρασθαι καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παριὼν κομίσασθαι παρ' Ἀρχίου τοὺς ταρίχους· καὶ ἐν βαλανείῳ δὲ ᾆσαι καὶ εἰς τὰ ὑποδήματα δὲ ἥλους ἐγκροῦσαι.

Ἀρεσκείας ε΄.

Ἡ δὲ ἀρέσκειά ἐστι μέν, ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν, ἔντευξις οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ ἡδονῆς παρασκευαστική, ὁ δὲ ἄρεσκος ἀμέλει τοιοῦτός τις, οἷος πόῤῥωθεν προσαγορεύσας καὶ ἄνδρα κράτιστον εἰπὼν καὶ θαυμάσας ἱκανῶς, ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ [λαβόμενος] μὴ ἀφιέναι, καὶ μικρὸν προπέμψας καὶ ἐρωτήσας, πότε αὐτὸν ὄψεται, ἔτι αἰνῶν ἀπαλλάττεσθαι· καὶ παρακληθεὶς δὲ πρὸς δίαιταν μὴ μόνον, ᾧ πάρεστι, βούλεσθαι ἀρέσκειν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ, ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῇ· καὶ τοὺς ξένους δὲ εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγουσι τῶν πολιτῶν· καὶ κεκλημένος δὲ ἐπὶ δεῖπνον κελεῦσαι καλέσαι τὰ παιδία τὸν ἑστιῶντα, καὶ εἰσιόντα φῆσαι σύκου ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρί, καὶ προσαγαγόμενος φιλῆσαι καὶ παρ' αὐτὸν καθίστασθαι· καὶ τοῖς μὲν συμπαίζειν αὐτὸς λέγων „Ἀσκός,“ „Πέλεκυς,“ τὰ δὲ ἐπὶ τῆς γαστρὸς ἐᾶν καθεύδειν ἅμα θλιβόμενος.

Ἀπονοίας ϛ'.

Ἡ δὲ ἀπόνοιά ἐστιν ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων τε καὶ λόγων, ὁ δὲ ἀπονενοημένος τοιοῦτός τις, οἷος ὀμόσαι ταχὺ, κακῶς ἀκοῦσαι, λοιδορηθῆναι δυναμένοις, τῷ ἤθει ἀγοραῖός τις καὶ ἀνασεσυρμένος καὶ παντοποιός· ἀμέλει δυνατὸς καὶ ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα, καὶ προσωπεῖον μὴ ἔχειν ἐν κωμικῷ χορῷ· καὶ ἐν θαύμασι δὲ τοὺς χαλκοῦς ἐκλέγειν καθ' ἕκαστον περιιὼν, καὶ μάχεσθαι τούτοις τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι καὶ προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦσι· δεινὸς δὲ καὶ πανδοκεῦσαι καὶ πορνοβοσκῆσαι καὶ τελωνῆσαι καὶ μηδεμίαν ἐργασίαν αἰσχρὰν ἀποδοκιμάσαι, ἀλλὰ κηρύττειν, μαγειρεύειν, κυβεύειν, τὴν μητέρα μὴ τρέφειν, ἀπάγεσθαι κλοπῆς, τὸ δεσμωτήριον πλείω χρόνον οἰκεῖν ἢ τὴν αὑτοῦ οἰκίαν. Ἱκανὸς δὲ καὶ δίκας τὰς μὲν φεύγειν, τὰς δὲ διώκειν, τὰς δὲ ἐξόμνυσθαι, ταῖς δὲ παρεῖναι, ἔχων ἐχῖνον ἐν τῷ προκολπίῳ καὶ ὁρμαθοὺς γραμματιδίων ἐν ταῖς χερσίν· [καὶ] οὐκ ἀποδοκιμάζειν δὲ [προπωλεῖν] οὐδ' ἀναπωλῶν ἀγοραίων στρατηγεῖν, καὶ αὖθις τούτοις δανείζειν, καὶ τῆς δραχμῆς τόκον τρία ἡμιωβόλια τῆς ἡμέρας πράττεσθαι, καὶ ἐφοδεύειν τὰ μαγειρεῖα, τὰ ἰχθυοπώλια, τὰ ταριχοπώλια, καὶ τοὺς τόκους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν.

Καὶ τοιοῦτος δ' ἂν εἶναι δόξειε τῶν περιισταμένων τοὺς ὄχλους καὶ προσκαλούντων, μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ παρεῤῥωγυίᾳ λοιδορουμένων καὶ διαλεγομένων πρὸς αὐτούς· καὶ μεταξὺ οἱ μὲν προσίασιν, οἱ δὲ ἀπίασι πρὶν ἀκοῦσαι αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῖς μὲν τὴν ἀρχὴν, τοῖς δὲ συλλαβὴν, τοῖς δὲ μέρος τοῦ πράγματος λέγει, οὐκ ἄλλως θεωρεῖσθαι ἀξιῶν τὴν ἀπό-

νοιαν αὐτοῦ, ἢ ὅταν ᾖ πανήγυρις. Ἐργώδεις δέ εἰσιν οἱ τὸ στόμα εὔλυτον ἔχοντες εἰς λοιδορίαν καὶ φθεγγόμενοι μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ὡς συνηχεῖν αὐτοῖς τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ ἐργαστήρια.

Λαλιᾶς ζ'.

Ἡ δὲ λαλιά, εἴ τις αὐτὴν ὁρίζεσθαι βούλοιτο, εἶναι ἂν δόξειεν ἀκρασία τοῦ λόγου, ὁ δὲ λάλος τοιοῦτός τις, οἷος τῷ ἐντυγχάνοντι εἰπεῖν, ἂν ὁτιοῦν πρὸς αὐτὸν φθέγξηται, ὅτι οὐδὲν λέγει, καὶ ὅτι αὐτὸς πάντα οἶδε, καὶ ἂν ἀκούῃ αὐτοῦ, μαθήσεται· καὶ μεταξὺ δὲ ἀποκρινομένῳ ὑποβάλλειν εἴπας· „Σὺ μὴ ἐπιλάθῃ, ὃ μέλλεις λέγειν," καὶ „Εὖ γε, ὅτι με ὑπέμνησας," καὶ „Τὸ λαλεῖν ὡς χρήσιμόν που," καὶ „Ὃ παρέλιπον," καὶ „Ταχύ γε συνῆκας τὸ πρᾶγμα," καὶ „Πάλαι σε παρετήρουν, εἰ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐμοὶ κατενεχθήσῃ·" καὶ ἑτέρας ἀρχὰς τοιαύτας πορίσασθαι, ὥστε μηδὲ ἀναπνεῦσαι τὸν ἐντυγχάνοντα. Καὶ ὅταν γε τοὺς καθ' ἕνα ἀποκναίσῃ, δεινὸς καὶ ἐπὶ τοὺς ἀθρόους καὶ συνεστηκότας πορευθῆναι καὶ φυγεῖν ποιῆσαι μεταξὺ χρηματίζοντας· καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα δὲ καὶ εἰς τὰς παλαίστρας εἰσιὼν κωλύειν τοὺς παῖδας προμανθάνειν, τοσαῦτα καὶ [τοιαῦτα] προσλαλῶν τοῖς παιδοτρίβαις καὶ διδασκάλοις. Καὶ τοὺς ἀπιέναι φάσκοντας δεινὸς προπέμψαι καὶ ἀποκαταστῆσαι εἰς τὴν οἰκίαν· καὶ πυθομένοις τὰς ἐκκλησίας ἀπαγγέλλειν, καὶ προσδιηγήσασθαι δὲ καὶ τὴν ἐπ' Ἀριστοφῶντός ποτε γενομένην τοῦ ῥήτορος μάχην, καὶ τὴν Λακεδαιμονίων ἐπὶ Λυσάνδρου, καὶ οὕς ποτε λόγους αὐτὸς εἴπας εὐδοκίμησεν ἐν τῷ δήμῳ, καὶ κατὰ τῶν πληθῶν γε ἅμα διηγούμενος κατηγορίαν παρεμβαλεῖν, ὥστε τοὺς ἀκούοντας ἤτοι ἐπιλαβέσθαι ἢ νυστάξαι ἢ μεταξὺ κα-

ταλιπόντας ἀπαλλάττεσθαι· καὶ συνδικάζων δὲ κωλῦσαι κρῖναι, καὶ συνθεωρῶν θεάσασθαι, καὶ συνδειπνῶν φαγεῖν, λέγων, ὅτι χαλεπὸν τῷ λάλῳ ἐστὶ σιωπᾷν, καὶ ὡς ἐν ὑγρῷ ἐστιν ἡ γλῶττα, καὶ ὅτι οὐκ ἂν σιωπήσειεν οὐδ' εἰ τῶν χελιδόνων δόξειεν ἂν εἶναι λαλίστερος· καὶ σκωπτόμενος ὑπομεῖναι καὶ ὑπὸ τῶν αὐτοῦ παιδίων, ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν βουλόμενον κελεύῃ λέγοντα βαυκαλᾷν· „Λαλεῖν τι ἡμῖν, ὅπως ἂν ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ."

Λογοποιίας η'.

Ἡ δὲ λογοποιία ἐστὶ σύνθεσις ψευδῶν λόγων καὶ πράξεων, ὧν βούλεται ὁ λογοποιῶν, ὁ δὲ λογοποιὸς τοιοῦτός τις, οἷος ἀπαντήσας τῷ φίλῳ, εὐθὺς καταβαλὼν τὸ ἦθος καὶ μειδιάσας ἐρωτῆσαι· „Πόθεν σύ;" καὶ „Μὴ λέγεταί τι καινότερον;" κἂν λέγῃ τι, „Καί πως ἔχεις πέρα τοῦδε εἰπεῖν καινόν;" καὶ ὡς ὑποβαλὼν ἐρωτᾷν· „Μὴ ἀγαθά γέ ἐστι τὰ λεγόμενα;" καὶ οὐκ ἐάσας ἀποκρίνασθαι εἰπεῖν· „Τί λέγεις; οὐδὲν ἀκήκοας; δοκῶ μοί σε εὐωχήσειν καινῶν λόγων·" καὶ ἔστιν αὐτῷ ἢ στρατιώτης ἢ παῖς Ἀστείου τοῦ αὐλητοῦ ἢ Λύκων ὁ ἐργολάβος παραγεγονὼς ἐξ αὐτῆς τῆς μάχης, οὗ φησιν ἀκηκοέναι· — αἱ μὲν οὖν ἀναφοραὶ τῶν λόγων τοιαῦταί εἰσιν αὐτοῦ, ὧν οὐδεὶς ἂν ἔχοι ἐπιλαβέσθαι· — διηγεῖται δὲ, τούτους φάσκων λέγειν, ὡς Πολυσπέρχων καὶ ὁ βασιλεὺς μάχῃ νενίκηκε, καὶ Κάσανδρος ἐζώγρηται· καὶ ἂν εἴπῃ τις αὐτῷ, „Σὺ δὲ ταῦτα πιστεύεις;" φήσει, τὸ πρᾶγμα βοᾶσθαι γὰρ ἐν τῇ πόλει, καὶ τὸν λόγον ἐπεντείνειν, καὶ πάντας συμφωνεῖν, ταὐτὰ γὰρ λέγειν περὶ τῆς μάχης· καὶ πολὺν τὸν ζωμὸν γεγονέναι· εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ σημεῖον τὰ πρόσωπα τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν· ὁρᾷν γὰρ αὐτῶν πάντων μεταβεβληκότα· λέγει δ', ὡς καὶ παρακήκοε παρὰ τού-

τοις κρυπτόμενόν τινα ἐν οἰκίᾳ, ἤδη πέμπτην ἡμέραν ἥκοντα ἐκ Μακεδονίας, ὃς πάντα ταῦτα οἶδε· καὶ ταῦτα πάντα διεξιὼν — πῶς οἴεσθε; — πιθανῶς σχετλιάζει λέγων· „Δυστυχὴς Κάσανδρος· ὦ ταλαίπωρος· ἐνθυμῇ τὸ τῆς τύχης; ἀλλ' οὖν ἰσχυρὸς γενόμενος [νῦν ὡς ἀσθενής ἐστι]·" καὶ „Δεῖ δ' αὐτὸ σὲ μόνον εἰδέναι·" πᾶσι δὲ τοῖς ἐν τῇ πόλει προσδεδράμηκε λέγων.

Τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τεθαύμακα, τί ποτε βούλονται λογοποιοῦντες· οὐ γὰρ μόνον ψεύδονται, ἀλλὰ καὶ ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσι· πολλάκις γὰρ αὐτῶν οἱ μὲν ἐν τοῖς βαλανείοις περιστάσεις ποιούμενοι τὰ ἱμάτια ἀποβεβλήκασιν, οἱ δ' ἐν τῇ στοᾷ πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ νικῶντες ἐρήμους δίκας ὠφλήκασιν· εἰσὶ δ' οἳ καὶ πόλεις τῷ λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες παρεδειπνήθησαν. Πάνυ δὴ ταλαίπωρον αὐτῶν ἐστι τὸ ἐπιτήδευμα· ποία γὰρ οὐ στοά, ποῖον δὲ ἐργαστήριον, ποῖον δὲ μέρος τῆς ἀγορᾶς, οὗ διημερεύουσιν καὶ ἀπαυδᾷν ποιοῦντες τοὺς ἀκούοντας οὕτως καταπονοῦσι ταῖς ψευδολογίαις.

Ἀναισχυντίας θ'.

Ἡ δὲ ἀναισχυντία ἐστὶ μέν, ὡς ὅρῳ λαβεῖν, καταφρόνησις δόξης αἰσχροῦ κέρδους εἵνεκα, ὁ δὲ ἀναίσχυντος τοιοῦτος, οἷος πρῶτον μέν, ὃν ἀποστερεῖ, πρὸς τοῦτον ἀπελθὼν δανείζεσθαι· εἶτα θύσας τοῖς θεοῖς αὐτὸς μὲν δειπνεῖν παρ' ἑτέρῳ, τὰ δὲ κρέα ἀποτιθέναι ἁλσὶ πάσας· καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ἀκόλουθον δοῦναι ἀπὸ τῆς τραπέζης ἄρτον καὶ κρέας ἄρας, καὶ εἰπεῖν ἀκουόντων πάντων· „Εὐωχοῦ, Τίβιε·" καὶ ὀψωνῶν δὲ ὑπομιμνήσκειν τὸν κρεωπώλην, εἴ τι χρήσιμος αὐτῷ γέγονε, καὶ ἑστηκὼς πρὸς τῷ

σταθμῷ μάλιστα μὲν κρέας, εἰ δὲ μή, ὀστοῦν εἰς τὸν ζωμὸν ἐμβαλεῖν· καὶ ἐὰν μὲν λάβῃ, εὖ ἔχει, εἰ δὲ μή, ἁρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης χολίκιον ἅμα γελῶν ἀπαλλάττεσθαι· καὶ ξένοις δὲ αὐτοῦ θέαν ἀγοράσας, μὴ δοὺς τὸ μέρος θεωρεῖν, ἄγειν δὲ καὶ τοὺς υἱεῖς εἰς τὴν ὑστεραίαν καὶ τὸν παιδαγωγόν· καὶ ὅσα ἐωνημένος ἄξιά τις φέρει, μεταδοῦναι κελεῦσαι καὶ αὐτῷ· καὶ ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐλθὼν δανείζεσθαι κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον, καὶ ταῦτα χρήσαντας ἀναγκάσαι ἀποφέρειν πρὸς αὐτόν. Δεινὸς δὲ καὶ πρὸς τὰ χαλκεῖα τὰ ἐν τῷ βαλανείῳ προσελθὼν καὶ βάψας ἀρύταιναν βοῶντος τοῦ βαλανέως αὐτὸς αὐτοῦ καταχέασθαι, καὶ εἰπὼν, ὅτι λέλουται, ἀπιὼν κραγεῖν· „Οὐδεμία σοι χάρις.“

Μικρολογίας ι΄.

Ἡ δὲ μικρολογία ἐστὶ φειδωλία τοῦ διαφόρου ὑπὲρ τὸν καιρὸν, ὁ δὲ μικρολόγος τοιοῦτός τις, οἷος ἐν τῷ μηνὶ ἡμιωβόλιον ἀπαιτεῖν ἐλθὼν ἐπὶ τὴν οἰκίαν· καὶ συσσιτῶν ἀριθμεῖν τὰς κύλικας, πόσας ἕκαστος πέπωκε, καὶ ἀπάρχεσθαι ἐλάχιστον τῇ Ἀρτέμιδι τῶν συνδειπνούντων· καὶ ὅσα μικροῦ τις πριάμενος λογίζεται, πάντα φάσκειν εἶναι ἄγαν· καὶ οἰκέτου χύτραν ἢ λοπάδα κατάξαντος εἰσπρᾶξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων· καὶ τῆς γυναικὸς ἐκβαλούσης τρίχαλκον οἷος μεταφέρειν τὰ σκεύη καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰς κιβωτοὺς καὶ διφᾶν τὰ καλύμματα· καὶ ἐάν τι πωλῇ, τοσούτου ἀποδόσθαι, ὥστε μὴ λυσιτελεῖν τῷ πριαμένῳ· καὶ οὐκ ἂν ἐᾶσαι οὔτε συκοτραγῆσαι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κήπου, οὔτε διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀγροῦ πορευθῆναι, οὔτε ἐλάαν ἢ φοίνικα τῶν χαμαὶ κειμένων ἀνελέσθαι. Δεινὸς δὲ καὶ ὑπερημερίαν πρᾶξαι καὶ τόκον τόκου ἀπαιτῆσαι· καὶ ἑστιῶν τοὺς

δημότας μικρὰ τὰ κρέα κόψας παραθεῖναι· καὶ ὀψωνῶν μηδὲν πριάμενος εἰσελθεῖν· καὶ ἀπαγορεῦσαι τῇ γυναικὶ μήτε ἅλας χρηννύειν μήτε ἐλλύχνιον μήτε κύμινον μήτε ὀρίγανον μήτε οὐλὰς μήτε στέμματα μήτε θυλήματα, ἀλλὰ λέγειν, ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα πολλά ἐστι τοῦ ἐνιαυτοῦ. Καὶ τὸ ὅλον δὲ τῶν μικρολόγων καὶ τὰς ἀργυροθήκας ἔστιν ἰδεῖν εὐρωτιώσας καὶ κλεῖς ἰωμένας, καὶ αὐτοὺς δὲ φοροῦντας ἐλάττω τῶν μηρῶν τὰ ἱμάτια, καὶ ἐκ ληκυθίων μικρῶν πάνυ ἀλειφομένους, καὶ ἐν χρῷ κειρομένους, καὶ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας ὑπολυομένους, καὶ πρὸς τοὺς γναφεῖς διατεινομένους, ὅπως τὸ ἱμάτιον αὐτοῖς ἕξει πολλὴν γῆν, ἵνα μὴ ῥυπαίνηται ταχύ.

Βδελυρίας ια΄.

Οὐ χαλεπὸν δέ ἐστι τὴν βδελυρίαν διορίσασθαι· ἔστι γὰρ παιδιὰ ἐπιφανὴς καὶ ἐπονείδιστος, ὁ δὲ βδελυρὸς τοιοῦτος, οἷος ἀπαντήσας γυναιξὶν ἐλευθέραις ἀνασυράμενος δεῖξαι τὸ αἰδοῖον· καὶ ἐν θεάτρῳ κροτεῖν, ὅταν οἱ ἄλλοι παύωνται, καὶ συρίττειν, οὓς ἡδέως θεωροῦσιν οἱ λοιποί· καὶ ὅταν σιωπήσῃ τὸ θέατρον, ἀνακύψας ἐρυγεῖν, ἵνα τοὺς καθημένους μεταστραφῆναι ποιήσῃ· καὶ πληθούσης τῆς ἀγορᾶς προσελθὼν πρὸς τὰ κάρυα ἢ τὰ μύρτα ἢ τὰ ἀκρόδρυα ἑστηκὼς τραγηματίζεσθαι, ἅμα τῷ πωλοῦντι προσλαλῶν· καὶ καλέσαι δὲ τῶν παριόντων ὀνομαστί τινα, ᾧ μὴ συνήθης ἐστί· καὶ σπεύδοντας δέ που ὁρῶν περιμεῖναι κελεῦσαι· καὶ ἡττημένῳ δὲ μεγάλην δίκην ἀπιόντι ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου προσελθεῖν καὶ συνησθῆναι· καὶ δεικνύειν δὲ τοῖς ἀπαντῶσι τὰ ὠψωνημένα καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ ταῦτα· καὶ διηγεῖσθαι προστὰς πρὸς κουρεῖον ἢ μυροπώλιον, ὅτι μεθύσκεσθαι μέλλει· καὶ εἰς ὀρνιθοσκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθούσης βλασφη-

μῆσαι· καὶ εὐχομένων καὶ σπενδόντων ἐκβαλεῖν τὸ ποτήριον καὶ γελάσαι, ὥς τεράστιόν τι πεποιηκώς· καὶ αὐλούμενος δὲ κροτεῖν ταῖς χερσὶ μόνος τῶν ἄλλων καὶ συντερετίζειν καὶ ἐπιτιμᾶν τῇ αὐλητρίδι, τί οὐ ταχὺ παύσαιτο· καὶ ἀποπτύσαι δὲ βουλόμενος ὑπὲρ τῆς τραπέζης προσπτύσαι τῷ οἰνοχόῳ.

Ἀκαιρίας ιβ'.

p. 10, 26. *καὶ προσδιηγήσασθαι*] *καὶ* om. vulgo, ex-

tat autem in Flor. T. Astius iam de coniectura, nisi fallor, — nam ipse librum Riccianum non videtur oculis usurpasse — *καὶ* adiecit, ne commemorata quidem vulgata scriptura, quasi in omnibus illud exemplis reperiatur.

p. 10, 29. *εἴπας εὐδοκίμησεν*] de coniectura; *εἴπας ηὐδοκίμησεν* Needhamus de coniectura; *εἶπας εὐδοκίμησαν* Paris. A; *εἶπεν εὐδοκίμησαν* Paris. B; *εἶπεν καὶ εὐδοκίμησεν* Rhedigerianus, quem Schneiderus in edit. secunda secutus est; *εἶπεν εὐδοκιμήσας* vulgo.

p. 10, 31. *ἐπιλαβέσθαι*] de coniectura; *ἐπιλαθέσθαι* vulgo.

p. 11, 7. *λέγοντα βαυκαλᾷν· „Λαλεῖν —"*] de coniectura; *λέγοντα ταῦτα, λαλεῖν* vulgo; *ταῦτα* om. Rhedigerianus, quem Schneiderus in edit. secunda sequitur; eandem vocem deleri iam Auberius et Coraes volebant; alii alias proposuerunt coniecturas, recte illi sentientes, *ταῦτα* esse mendosum. Haud indigna, quae commemoretur, scriptura est ab Hartungio excogitata haec: *ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν βουλόμενον κωλύῃ, λέγοντα Πάππα, Λαλεῖν* —.

Λογοποιίας ή.

p. 11, 13. *ἐρωτῆσαι· „Πόθεν σύ;" καὶ „Μὴ λέγεταί τι καινότερον;" κἂν λέγῃ τι, „Καί πως ἔχεις πέρα τοῦδε εἰπεῖν καινόν;" καὶ ὡς ὑποβαλὼν ἐρωτᾷν· „Μὴ ἀγαθά γέ ἐστι τὰ λεγόμενα;"*] *ἐρωτῆσαι, πόθεν σὺ, καὶ τί λέγεις; καὶ ἔχεις περὶ τοῦδε εἰπεῖν καινόν; καὶ ἐπιβαλὼν ἐρωτᾷν, μὴ λέγεταί τι καινότερον; καὶ μὴν ἀγαθά γε ἐστὶ τὰ λεγόμενα* vulgo (Fisch.). Plura coniunxi et in unum quasi conspectum dedi, apposita simul vulgari scriptura, quo manifestius mutationis ratio appareat. Quoniam vero in emendandis illis paullo longius a vulgata lectione discessi, de singulis iam deinceps dicendum est.

I. Verba *μὴ λέγεταί τι καινότερον; καὶ*, quae vulgo post *ἐρωτᾷν* posita sunt, ego post *Πόθεν σύ; καὶ* collocavi; alterum autem illud *καὶ* (post *καινότερον*), quod quidem huc transtuli, in *κἂν* mutavi.

II. *κἂν λέγῃ τι*] de coniectura; *καὶ λέγεις τί*; Paris. *A. B. Barocc.* Gall. 3. 4. Vatic. 23. 149. Trin.; *καὶ λέγεις*

τί· Guelf. 1. 2. Darmst. Rhedig. Mon. 327; καὶ λέγεις τί. Norib.; καὶ λέγεις τὶ. Camot.; καὶ τὶ λέγεις· Mon. 490; καὶ τί λέγεις; reliqui codices, quantum quidem scimus, et vulgo.

III. „Καί πως ἔχεις πέρα τοῦδε εἰπεῖν καινόν;"] de coniectura; καὶ πῶς ἔχεις περὶ τοῦδε εἰπεῖν καινόν; Paris. A. B. Barocc.; sic etiam Vatic. 23 et 149, „nisi quod," ut Goezius refert, „pro ως" (πῶς?) „exhibent ὤν;" — καὶ ἔχεις περὶ τοῦδε εἰπεῖν καινόν; reliqui codices et vulgo; καὶ πῶς; ἔχεις — καινόν; coni. Fischerus; καὶ Πῶς; ἔχεις — καινόν; Duebnerus et Hartungius; καὶ λέγειν, Τί καὶ ἔχεις — καινόν; coni. Schneiderus; καὶ λέγειν „Τί καὶ πῶς ἔχεις — καινόν;" Astius.

IV. καὶ ὡς ὑποβαλὼν] de coniectura; καὶ ὡς ἐπιβαλὼν Paris. A. B. Barocc. Flor. T, et sic legendum esse iam Furlanus dixit; καὶ ἐπιβαλὼν vulgo.

p. 12, 5. ἀλλ' οὖν ἰσχυρὸς γενόμενος [νῦν ὡς ἀσθενής ἐστι]] Lacunam, quam asteriscis Astius indicavit, explere conatus sum: neque tamen verba a me interposita Theophrastea esse ausim affirmare.

p. 12,11. ἀπαλλάττουσι] πλάττουσι coni. A. Nauckius in Philologo V. p. 384. Elegans sed non necessaria coniectura.

p. 12, 17. ποία γὰρ οὐ στοά, ποῖον δὲ ἐργαστήριον, ποῖον δὲ μέρος τῆς ἀγορᾶς, οὐ διημερεύουσιν] ποίᾳ γὰρ οὐ στοᾷ, ποίῳ δὲ ἐργαστηρίῳ, ποίῳ δὲ μέρει τῆς ἀγορᾶς οὐ διημερεύουσιν vulgo (Fisch.); ποίᾳ γὰρ ἐν στοᾷ, ποίῳ δὲ — οὐ διημερεύουσιν Astius; οὐκ ἐνδιημερεύουσιν pro οὐ διημερεύουσιν Schneiderus in edit. priore, quem secuti sunt Duebnerus et Hartungius. Partim coniectura, partim codicum ope emendare haec conatus sum. Et primum quidem nominativi ποία — στοὰ pro dativis ποίᾳ — στοᾷ in Paris. A. B. Gall. 3. 4. 5. Trin. Vulc. Osborn. Guelf. 1. 2. Darmst. (hic tamen ποῖα pro ποία habet) Mon. 327. 490. Rhedig. reperiuntur. Quum vero in his codicibus ι subscriptum fere semper omissum sit, huic scripturae discrepantiae non multum esset tribuendum, nisi in iisdem libris et in codice Flor. S etiam nominativi ποῖον — ἐργαστήριον invenirentur. Itaque non dubitavi dativos ποίῳ — μέρει, quos mirum sane est in

libris omnibus extare, in nominativos mutare. Negatio οὐ autem quum praeter Rhedigerianum, in quo ante στοὰ omissa est, in codicibus omnibus tum ante στοὰ, tum ante διημερεύουσιν posita sit, priore quidem loco servata a me est, altero autem in οὐ mutata.

p. 12, 19. καὶ ἀπαυδᾷν ποιοῦντες τοὺς ἀκούοντας οὕτως καταπονοῦσι ταῖς ψευδολογίαις] ἀπαυδᾷν ποιοῦντες τοὺς ἀκούοντας οὕτως, καὶ καταπονοῦντες ταῖς ψευδολογίαις vulgo. — καταπονοῦσι (pro καταπονοῦντες) omnes Duebneri codices, Gall. 3. 4. 5. Pal. Neveleti, Rhedigerianus; quo recepto equidem καί, quod vulgo ante καταπονοῦντες positum est, ante ἀπαυδᾷν collocavi; — ἀκούοντας, οὓς καὶ καταπονοῦσι coni. Needhamus; ἀκούοντας, οὓς οὕτω καταπονοῦσι Duebnerus; οὕτως Needhamus in ὄντως, Astius in αὐτῶν mutari posse putavit.

Ἀναισχυντίας θ'.

p. 12, 23. αἰσχροῦ κέρδους εἵνεκα] sic Paris. A; αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδους vulgo.

p. 13, 8. δανείζεσθαι κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον] δανείζεσθαι κριθὰς, ποτὲ δὲ κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον Trin. Mon. 327. Scribendum esse videtur δανείζεσθαι ποτὲ μὲν κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον. Astius quidem hac mutatione opus non esse existimat.

p. 13, 12. καὶ εἰπὼν, ὅτι λέλουται, ἀπιὼν κραγεῖν· „Οὐδεμία σοι χάρις“] Emendavi haec de coniectura. — καὶ εἰπεῖν, ὅτι λέλουται, ἀπιών· κἀκεῖ, Οὐδεμία σοι χάρις vulgo (Fisch.); καὶ εἰπεῖν, ὅτι λέλουται· [καὶ] ἀπιὼν καλεῖν· οὐδεμία σοι χάρις olim ego conieci comm. I. p. 10. — κἀκείνῳ (pro κἀκεῖ) coni. Auberius, κἀκεῖνο Galeus, καὶ ὅτι Coraes, κἀκεῖθεν vel καὶ ἔτι Needhamus; ἐπειπὼν κἀκεῖνο (pro ἀπιὼν κἀκεῖ) coni. Coraes in censura editionis Schneiderianae (vid. Theophr. opp. ed. Schneid. Vol. V. p. 177); — ὅτε pro ὅτι et κάλει pro κἀκεῖ coni. Pavus.

Μικρολογίας ι'.

p. 13, 30. κειμένων] Paris. A; πεπτωκότων vulgo.

p. 13, 30. ἀνελέσθαι] Sequuntur vulgo verba καὶ

τοὺς ὅρους δὲ ἐπισκοπεῖσθαι ὁσημέραι, εἰ διαμένουσιν οἱ αὐτοί, quae ego Astium secutus in cap. XVIII. (p. 20, 11), quod est de diffidentia, transtuli. Astius etiam hoc loco illa, uncinis quidem inclusa, retinuit.

p. 13, 31. τόκον τόκου ἀπαιτῆσαι] τόκον τόκου (sine ἀπαιτῆσαι) vulgo; τόκου τόκον ἀπαιτῆσαι Rhedig. Schneid. II.; τόκον τόκον Darmst. Quum vero lectiones e codice Darmst. enotatae vitiosissime exscriptae typis sint, coniicere licet, etiam in illo τόκου τόκον scriptum esse.

p. 14, 3. μήτε ἅλας χρηννύειν] om. Guelf. 2. Camot.; — μήτε χρωννύειν Mon. 490; μήτε ῥωννύειν Rhedig.; μήτε ἅλας χρωνύειν Norib.; μήτε ἅλας χρωννύειν reliqui codices et pleraeque editiones; χρᾷν (pro χρωννύειν) Astius, Schneiderus; χρᾷν τινι coni. Casaubonus, χρᾷν οὐδενὶ Salmasius (de usur. p. 168), χρᾷν μηδενὶ Coraes, χρᾷν ἑνὶ Astius. Ego quidem verbum χρηννύειν in glossario ἀνεκδότῳ, si Salmasius (de modo usur. p. 306) vera tradidit, olim repertum recipere ausus sum. Alteram infinitivi formam (χρηννύναι), ad quam optimorum codicum scriptura ducebat, cap. XXI. (p. 23, 5) restitui.

Βδελυρίας ια'.

p. 14, 16. ἀπαντήσας] Paris. A. B. Barocc. Trin. Rhedig. Palat. Neveleti; ὑπαντήσας codices reliqui et editiones praeter Duebnerianam omnes.

p. 14, 21. μεταστραφῆναι ποιήσῃ] Paris. A; ποιήσῃ μεταστραφῆναι vulgo.

p. 14, 25. σπεύδοντας] Paris. A. B. Barocc. Rhedig.; σπεύδοντα vulgo.

p. 14, 27. συνησθῆναι] Sequuntur vulgo verba καὶ ὀψωνεῖν ἑαυτὸν, καὶ αὐλητρίδας μισθοῦσθαι, quae ego paullum mutata in cap. II. (p. 6, 2), quo adulatoris mores effinguntur, transtuli.

p. 14, 30. μεθύσκεσθαι μέλλει] Sequuntur in editionibus ante repertum codicem Palatinum factis et in codicibus, qui quidem hoc caput exhibent, omnibus verba καὶ οἰνοπωλῶν, κεκραμένον — παῖδες μὴ λάβωσιν, quae reperto Palatino ad cap. XXX., quod est de turpi lucri cupiditate (αἰσχροκερδείας), pertinere intellectum

est. Itaque ab recentioribus editoribus omnibus illi capiti inserta sunt, aucta quidem additamentis quibusdam in Vaticano repertis.

p. 14, 31 — p. 15, 6. *καὶ εἰς ὀρνιθοσκόπου — προσπτύσαι τῷ οἰνοχόῳ*] Haec Astium secutus e cap. XIX., quod est de foeditate (*δυσχερείας*), huc transtuli. Vid. ad p. 21, 14.

Ἀκαιρίας ιβ΄.

p. 15, 12. *αὐτὸν*] Defendi hoc posse arbitror; videndum tamen, an non *αὖθις* scribendum sit.

p. 15, 25. *ἑτέρου*] Paris. A. B. Barocc. Gall. 3. 4. Trin. Darmst. Rhedig. Mon. 327; *ἑταίρου* reliqui codices et vulgo.

Περιεργίας ιγ΄.

p. 16, 1. *συνδικήσας ἐλεγχθῆναι*] de coniectura; *ἔν τινιστὰς ἐλεγχθῆναι* codices et veteres editiones omnes; *ἔν τινι στάς, δεικνύειν ὡς οὐχ οἷόν τε* (seu *ὡς οἷόν τε*) *ἐλεγχθῆναι* coni. Casaubonus; *ἐνστὰς* vel *ἀντιστὰς* vel *ἀντιτείνας* (pro *ἔν τινι στάς*) coni. Reiskius; *ἐντείνει δικαστὰς ἐλεγχθῆναι* coni. Bernardus, ut Coraes p. 235 refert; *ἐνιστάμενος ἐλεγχθ.* scr. Schneiderus in edit. I.; *ἀναστὰς ἐλεγχθ.* (omisso post *ἐπαγγέλλεσθαι* participio *ἀναστὰς*) Astius; *φενακίσας ἐλεγχθ.* coni. Orellius; *ἔνστασιν ἱστὰς* Hartungius. In exemplari quodam *ἐλέγξει* pro *ἐλεγχθῆναι* scriptum se reperisse Auberius narrat. Hottingerus denique sic omnia emendare conatus est: — *δυνήσεται, ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος δικαίου εἶναι, ἐλέγξειν.*

p. 16, 1. *καὶ πλεῖον*] de coniectura; *καὶ πλέον* Rhedig.; *καὶ πλείω* Norib. („ce qui vraisemblablement devait être *πλεῖον.*“ Coraes); *καὶ πλείω* vulgo.

p. 16, 2. *ὅσον*] Rhedig. Palat. Neveleti; *ὅσα* vulgo.

p. 16, 7. *παραγγελεῖ*] de coniectura; *παραγγέλει* Rhedig.; *παραγγέλλει* vulgo. Lycius quidem „alibi“ *παραγγελεῖ* scriptum esse refert, ubi tamen haec inventa scriptura sit, nescitur. Ceterum etiam *παραγγέλλειν* scribere licuerit, quod recepissem fortasse, nisi coniectura mea codicis Rhedigeriani scriptura tam egregie firmaretur.

p. 16, 10. φήσας βούλεσθαι διάπειραν λαμβάνειν εὐ ποτίσαι τὸν κακῶς ἔχοντα] de coniectura; φήσας βούλεσθαι διάπειραν λαμβάνειν εὐτρεπίσαι τὸν κακῶς ἔχοντα vulgo. Ante participium φήσας Reiskius διδόναι, Coraes δοῦναι inseri vult; εὐτρεπίσας (pro εὐτρεπίσαι) Mon. 490. margo Morell.; εἰ εὐτρεπίσει coni. Reiskius et Coraes. Hartungius omisso post λαμβάνειν commate vulgarem scripturam retinuit; voluit autem fortasse φῆσαι ponere.

Ἀναισθησίας ιδ'.

p. 16, 27. λαβὼν [τι] καὶ ἀποθεὶς] τι, quod a codicibus omnibus abest, cum Gesnero aliisque inserui. In epitome Augustana, in qua verba καὶ λαβὼν et αὐτὸς omissa sunt, τι post ἀποθεὶς positum est; ibi etiam Hartungius collocavit.

p. 16, 29. ἀπαγγέλλοντος] sic Flor. T. V et omnes codices Duebneri; ἀπαγγέλλοντός τινος vulgo. Duebnerus τινος uncinis inclusit, Hartungius omisit.

p. 16, 30. ἵνα παραγένηται] Scribendum fortasse ἵνα [ταῖς ταφαῖς] παραγένηται.

p. 17, 3. ἠγόρασε] Vulgo post hoc verbum leguntur haec: καὶ τὰ παιδία ἑαυτοῦ παλαίειν ἀναγκάζων καὶ τροχάζειν, καὶ εἰς κόπους ἐμβάλλειν, quae a me paullum mutata in cap. XXVII. (p. 29, 21), quo inepti senis mores describuntur, translata sunt.

p. 17, 5. „Ἡδύ γε τῶν ἄστρων [τὸ φῶς.“ φαινομένων δὲ τῶν ἄστρων] νομίζειν, ὅ τι δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι, πίσσης [μελάντερον εἶναι τὸ σκότος]] Ἡδύ γε τῶν ἄστρων νομίζει, ὅτι δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι πίσσης vulgo (Fisch.). Apparet igitur, me, quum lacunas apertissimas explerem, praeterquam quod νομίζειν pro νομίζει ponerem, ne unam quidem litteram mutasse. Sed ne illa quidem indicativi in infinitivum mutatio codicis auctoritate caret, quum illud ipsum νομίζειν in Flor. T repertum sit; praeterea in editione Morelliana ita scriptum est. Ceterum si ὀνομάζειν, non νομίζειν scriptum esset, magis etiam id mihi placeret. Quae si vera sit scriptura, in supplemento altero a me interposito εἶναι post μελάντερον omittendum fuerit. Coniecturarum

autem ad emendandum hunc locum, quem Fischerus adeo fatetur mendosum obscurissimumque esse, a viris doctis factarum tantus est numerus, ut apponere omnes longum sit. Recentissimae vero hae sunt: *Ἡδύ γε τῶν ἄστρων ὄζει, ὅτι δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι τῆς ἴρεως (ὄζειν)* Schneiderus in edit. I.; „*Ἡδύ γε τῶν ἄστρων ὄζει*“ [*ὅτι δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι πίσσης*] Astius; *τῆς γῆς* pro *πίσσης* coni. idem.

p. 17, 9. *ἐξενεχθῆναι*] Paris. A. Flor. T. Vulcan. Rhedig.; secutus est Schneiderus in edit. secunda; *ἐξενηνέχθαι* vulgo. Etiam in Gall. 4 *ἐξενεχθῆναι* scriptum est, sed in margine ab alia manu *ἐξενηνέχθαι* positum.

Αὐθαδείας ιε´.

p. 17, 19. *ῥυπώσαντι*] de coniectura; *ἀπώσαντι* vulgo; *τρώσαντι* coni. Reiskius, *παίσαντι* Coraes, *χρώσαντι* Astius, *ἀτίσαντι* vel *ἀτιμήσαντι* Meierus comm. II. p. 3; *ἐπιχώσαντι* scripsit Hartungius. Verbis *οὔτε τῷ ἀπώσαντι* non mutatis, Schneiderus in edit. I. sequentia verba *οὔτε τῷ ὤσαντι* uncis inclusit, Blochius eiecit.

Δεισιδαιμονίας ις´.

p. 18, 1. *ἐπὶ χοῶν που* [*γενόμενος*]] Participium *γενόμενος* de coniectura interposui; verba *ἐπὶ χοῶν που* in uno Palatino reperiuntur. Siebenkeesius autem et Badhamus, consentientes hoc loco inter sese, in codice illo *ἐπιχρωνῆν* se invenisse testantur, eamque ob causam ego olim comm. I. p. 16 [*ἐπεὶ*] *ἐπὶ χοῶν ἦν* scribendum esse suspicatus sum. Duebnerus vero praef. p. IV. „Siebenkeesius,“ inquit, „in codice Palatino legit *ἐπιχρωνῆν* falso: postrema litera est *οῦ*, praecedens videtur esse *π*, non potest *η*, et *ρω* non usquam illo modo exaratur: sed nihil certi extundas e ductibus male redditis; *ἐπιχοων ποῦ*, si ductus spectes, omnium est veri simillimum.“ Ego quidem specimen codicis Palatini aeri incisum, anecdotis Siebenkeesianis additum, quum a meo exemplo absit, nunquam inspexi. Pro eo, quod in Palatino scriptum est, sive *ἐπιχρωνῆν*, sive

ἐπιχοων ποῦ illud est, *ἐπὶ κρήνην* scr. Siebenkeesius, *ἀπὸ κρήνης* coni. Schneiderus, *ἐπὶ γρώνην* vir doctus quidam in ephemerid. Ienens. a. 1798. n. 339. p. 356, *ἀπὸ* (seu *ἐπὶ*) *κρουνῶν* vel *χερνίβων* Meierus comm. II. p. 4. Hartungius *ἐπὶ χερνίβων* recepit.

p. 18, 4. *ὑπερδράμῃ*] de coniectura iam a Pavo proposita; *περιδράμῃ* Palat. Guelf. 2. Trin. Mon. 327 et veteres editiones; *παραδράμῃ*, quod scribendum esse Lycius coniecit, receptum illud a multis, praesertim recentioribus, editoribus, in codice Rhedigeriano reperitur.

p. 18, 5. *ἕως* [*ἂν*] *διεξέλθῃ*] *ἂν* primus Astius auctore Fischero interposuit.

p. 18, 6. *καὶ ἐὰν παρείαν ἴδῃ ὄφιν ἐν τῇ οἰκίᾳ, Σαβάζιον καλεῖν, ἐὰν δ' ἐπ' ἡρίου, ἐνταῦθα ἱερὸν εὐθὺς ἱδρύσασθαι*] *καὶ ἐὰν ἴδῃ ὄφιν* (*σοφὴν* codices praeter Palatinum omnes) *ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι* vulgo. Eadem verba in Palatino inveniuntur, sed post *οἰκίᾳ* addita haec sunt: *ἐὰν παρείαν* (*Παρεῖαν* Siebenk.), *Σαβάδιων καλεῖν, ἐὰν δὲ ἱερὸν* (*Ἱερὰν* Siebenk. de coniectura), *ἐνταῦθα ἱερῶον* (non *ἱερὸν*, ut Siebenkeesius refert, nec *ἱερῷ*, ut est in specimine aeri inciso; apud Sheppardum de hac discrepantia nihil traditur) *εὐθὺς ἱδρύσασθαι*. Emendavi haec de coniectura a me comm. I. p. 38. 39 proposita, pro *ἐπ' ἡρίῳ* tamen nunc *ἐπ' ἡρίου* scripsi. — *οἰκίᾳ*, [[*ἐὰν μὲν παρείαν, Σαβάζιον καλεῖν, ἐὰν δὲ*]] *ἱερὸν, ἐνταῦθα* [[*ἡρῷον*]] *εὐθὺς ἱδρύσασθαι* Duebnerus. Palatinae scripturae defensor Meierus comm. II. p. 5 extitit.

p. 18, 14. *προσέχειν*] *προσέχων* codices et editiones usque ad Schneiderianam omnes. Primus Schneiderus *προσέχειν* scripsit eumque recentissimi editores secuti sunt. Commemoravi hoc, quoniam neque Schneiderus ipse neque Astius quicquam de hac mutatione dixit.

p. 18, 15. *καὶ πυκνὰ δὲ τὴν οἰκίαν καθᾶραι δεινὸς, Ἑκάτης φάσκων ἐπαγωγὴν γεγονέναι*] *καὶ πυκνὰ δὲ τὴν οἰκίαν καθαριεῖν* vulgo; reliqua e Palatino accesserunt, in quo sic scripta sunt: *καὶ πυκνὰ δὲ τὴν οἰκίαν καθάραι*
δ.π
δειν. ὡς (*καθᾶραι δεῖν. ὥς* Siebenk.; *κ. δεῖν. ὡς* Shepp.)

ἑκάτης φ. ἐπ. γεγονέναι. Schneiderus et Coraes δεινὸς scribendum esse primi viderunt. Egi de hoc loco comm. I. p. 40.

p. 18, 17. καν γλαῦκες βαδίζοντος αὐτοῦ [ἀνακράγωσι], ταράττεσθαι καὶ εἴπας „Ἀθηνᾶ κρείττων," οὕτω παρελθεῖν] additamentum Palatini. In codice ipso sic illud scriptum est: κἂν γλαὺκ βαδίζοντος αὐτοῦ ταράττεται καὶ εἴπας (ὄπ sic mut. ὄπ) ἀθηνᾶ κρείττων παρελθεῖν οὕτω· Sheppardus in reliquis quidem fere concordat, γλαυκ autem (sic enim apud eum scriptum est) idem valere atque γλαῦκες affirmat et εἴπας a pr. m. esse dicit, non commemorata mutatione, cuius in Prelleri apographo mentio facta est. Siebenkeesius negligenter, ut solet, sic scribit: κ' ἂν γλαῦκα, βαδίζοντος αὐτοῦ, ταράττεται καὶ εἰπὼν, Ἀθ. κρ., παρελθεῖν οὕτω. Ego Sheppardi vel potius Badhami usus scripturae Palatinae γλαυκ explicatione ἀνακράγωσι interposui; deinde Astium secutus οὕτω παρελθεῖν pro παρελθεῖν οὕτω scripsi. Olim (comm. I. p. 41) a Siebenkeesio deceptus hanc proposui coniecturam: κἂν γλαῦκα βαδίζοντος αυτοῦ [ἀνακραγοῦσαν] ταράττεσθαι καὶ εἰπὼν „Ἀθηνᾶ κρείττων" οὕτω παρελθεῖν, eamque Duebnerus secutus est, ita tamen, ut ordinem verborum παρελθεῖν οὕτω integrum servaret. Meierus (comm. II. p. 5) etiam hic scripturae Siebenkeesianae defensor exortus nihil nisi ταράττεται in ταράττεσθαι mutat. Lobeckius paralipom. gr. gr. p. 145 haec scribit: „γλαῦκα" (pro γλαῦξ) „non solum in schol. Lips. Il. *A.* 195 p. 20, 19, sed etiam in additam. ad Theophr. char. 16. κἂν γλαῦκα βαδίζοντος αὐτοῦ παραπτῇ ταράττεται." „Hoc παραπτῇ de meo addidi sequente ταράττεται obliteratum." Aliorum emendationes hae sunt: κἂν (vel καὶ ἐὰν) γλαῦκα βαδίζων ὡς αὐτοῦ ἴδῃ, ταράττεσθαι κτλ. coni. Coraes; κἂν γλαῦκα βαδίζοντος αὐτοῦ (διίπτασθαι τύχῃ), ταράττεσθαι κτλ. scr. Schneiderus; κἂν γλαὺξ βαδίζοντος αὐτοῦ παρίπτηται, εἰπὼν Ἀθηνᾶ κρείττων οὕτω παρελθεῖν coni. Astius; κἂν ἀκούσῃ γλαῦκα, βαδίζοντος αὐτοῦ, κεκραγυῖαν, ταράττεσθαι, καὶ εἰπὼν, „Ἀθ. κρ.," παρελθεῖν οὕτω scr. *Hartungius.*

p. 18, 19. *οὔτε ἐπὶ νεκρὸν οὔτ' ἐπὶ λεχὼ ἐλθεῖν ἐθελῆσαι, ἀλλὰ τὸ μὴ μιαίνεσθαι συμφέρον αὑτῷ φῆσαι εἶναι*] aucta additamentis Palatini; *οὔτε ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν, οὔτε ἐπὶ λέχει* vulgo (Fisch.); *οὔτε* (*οὔτ'* Siebenk.) *ἐπὶ νεκρὸν οὔτ' ἐπὶ λεχὼ* (*λέχω* Siebenk.) *ἐλθεῖν ἐθελῆσαι, ἀλλὰ τὸ μὴ μαίνεσθαι συμφέρον αὐτῷ φήσας εἶναι* Palatinus. Siebenkeesius *μαίνεσθαι* in *μιαίνεσθαι*, Schneiderus *φήσας* in *φῆσαι* mutandum esse vidit; *αὑτῷ* pro *αὐτῷ* ego scripsi, *ἑαυτῷ* Schneiderus et Hartungius. Duebnerus partim vulgares codices, partim Palatinum secutus prima verba sic ordinavit: *οὔτε ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν, οὔτε ἐπὶ λεχὼ ἐθελῆσαι.*

p. 18, 21. *καὶ ταῖς τετράσι δὲ καὶ ταῖς ἑβδομάσι προστάξας οἶνον ἕψειν τοῖς ἔνδον ἐξελθὼν ἀγοράσαι μυρσίνας, λιβανωτὸν, πόπανα, καὶ εἰσελθὼν εἴσω στεφανοῦν τοὺς Ἑρμαφροδίτους ὅλην τὴν ἡμέραν*] additamentum Palatini; *καὶ ταῖς τετράσι* (*τέταρταις* Siebenk.) *δὲ καὶ ταῖς ἑβδομάσι* (*ἑβδομάταις* Siebenk.) — — *μυρσίνας, λιβανωτῶν*
Δέ
πίνακα· καὶ — *εἴσω στεφανῶν τοὺς ερμαφρο* (*Ἑρμαφροδίτους* Siebenk.; Sheppard. tacet) *ὅλην τὴν ἡμέραν* Palatinus (Prell.); — *λιβανωτὸν, πόπανα* (pro *λιβανωτῶν πίνακα*) scripsi de coniectura comm. I. p. 42 a me proposita, a Duebnero probata; *λιβανωτὸν, στύρακα* coni. Meierus comm. II. p. 6; *λιβανωτοῦ* pro *λιβανωτῶν* coni. Coraes et Schneiderus; *καὶ* ante *ἐξελθὼν* et ante *λιβανωτῶν* interponi voluit Schneiderus; pro *εἴσω στεφανῶν* Hartungius *σπεῖσαι στεφανοῦν τε* posuit; scribendum fortasse *καὶ εἰσελθὼν εἴσω* [*σπεῖσαι καὶ θῦσαι*] *στεφανῶν τοὺς κτλ.*

p. 18, 27. *τίνι θεῷ ἢ θεᾷ*] *τίνι θεῶν ἢ θεᾶ* Palatinus (Prell.; apud Sheppardum de his verbis nihil traditur), non *τίνι θεῷ ἢ θεᾷ*, ut est apud Siebenkeesium; *θεῶν* pro *θεῷ* etiam Guelf. 2. Mon. 327. Rhedig. Camot. Retinui vulgatam lectionem, quamquam non temerarium putaverim in hac verborum coniunctione doricam genitivi formam servare et scribere *τίνι θεῶν ἢ θεᾶν.*

p. 18, 30. *ἡ γυνὴ*] *ἡ* om. codices et veteres editiones. In Palatino videtur illud esse, nam et Siebenkee-

sius habet, neque Badhamus, quum in editione Tauchnitiana, quacum collatus ab illo Palatinus est, reperiatur., quicquam discrepantiae enotavit. Inseri articulum primus Reiskius voluit, quem Coraes aliique editores recentiores secuti sunt.

p. 18, 31. *καὶ τῶν περιῤῥαινομένων ἀπὸ θαλάττης ἐπιμελῶς δόξειεν ἂν εἶναι*] additamentum Palatini; *καὶ τῶν* (*τῶν* om. apud Siebenk. neque commemoratur ap. Sheppard.) *περιῤῥαινομένων ἐπὶ θαλάττης ἐπιμελῶς* (*θαλάττης. Ἐπιμελῶς* Siebenk.) *δόξειεν ἂν εἶναι* Palatinus; *τῶν* ante *περιῤῥ.* inserendum esse Astius iam vidit; *ἀπὸ* pro *ἐπὶ* Schneiderus primus scripsit; collocationem adverbii *ἐπιμελῶς* Meierus comm. II. p. 6 defendit.

p. 18, 32. *κἄν ποτε ἐπίδῃ σκορόδῳ ἐστεμμένον τῶν ἐπὶ τὰς τριόδους ἐπελθόντων, κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι*] aucta additamentis Palatini; *καὶ ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἀπελθὼν κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι* vulgo; *κἄν ποτε ἐπίδῃ σκορόδω ἐστεμμένων τῶν ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἐπελθόντων* (corr. in *ἀπ.* manus eadem) *κατα κ̄ε* *λούσασθαι* Palatinus (Prell.). Emendavi de coniectura comm. I. p. 19 a me proposita. Duebnerus, in reliquis me secutus, *ἐπὶ ταῖς τριόδοις* retinuit; genitivum *ἐστεμμένων* defendit Meierus comm. II. p. 6; *κἄν ποτε ἐπίδῃ σκορόδων ἐφημμένον τῶν ἐν ταῖς τριόδοις, ἀπελθὼν κ. κ. λ.* coni. Astius; *κἄν ποτε ἐπ. σκορόδῳ ἐστεμμένον τῷ ἐπὶ ταῖς τριόδοις, ἐπανελθὼν κ. κ. λ.* scr. Hartungius; *ἐπὶ τὰς τριόδους* (pro *ἐπὶ ταῖς τριόδοις*) iam Sylburgius et Casaubonus scribendum esse intellexerunt.

Μεμψιμοιρίας ιζ´.

p. 19, 6. *Ἔστιν ἡ μεμψιμοιρία*] sic Palatinus, non *Ἔστι δὲ ἡ μεμψ.*, ut est apud Siebenkeesium. *Ἔστι δὲ ἡ μ.* vulgo.

p. 19, 11. „*Θαυμάζω, εἰ σὺ καὶ ἀπὸ τῆς ψυχῆς οὕτω με φιλεῖς*"] Hanc Palatini scripturam in Prelleri apographo enotatam inveni, a Sheppardo autem adverbii *οὕτω* mentio omittitur. — *θαυμάζω δὲ εἰ σὺ ἀπὸ ψυχῆς με φιλεῖς* Rhedig.; *θαυμάζω, εἰ σὺ καὶ ἀπὸ ψυχῆς με φιλεῖς*

vulgo (etiam Mon. 327) et sic Siebenk., quasi ita in Palatino scriptum sit; *θαυμάζω εἰ σὺ μὴ ἀπὸ ψ. με φιλεῖς* coni. Coraes.

p. 19, 12. *οὐ διότι ὕει*] Hanc omnium codicum et editionum scripturam defendi comm. II. p. 6. 7. Meierus contra comm. II. p. 7, „Ulcus aliquod," inquit, „hic lateat necesse est; quem vero in modum ei medeamur, nondum perspeximus." — *οὐ διότι οὐχ ὕει* coni. Needhamus; *διότι ὕει, διότι οὐ* (sic!) *ὕει, διότι ὕστερον* scr. Hartungius.

p. 19, 14. *βαλλάντιον*] sic Palatinus (non *βαλάντιον*, ut Siebenk.; tacet Sheppard.), Duebnerus; *βαλάντιον* vulgo.

p. 19, 18. *ὅτι*] ante *Υἱός* a Trin. abest atque etiam, tanquam non inventum in Palatino, apud Siebenkeesium omissum est; Badhamus nihil enotavit: est autem *ὅτι* in Tauchnitiana.

p. 19, 24. *ὅτι*] retinui *ὅτι* a Meiero comm. II. p. 7 defensum, quamquam, quod Casaubonus proposuit, *ὅτε* valde placet. Ante *ὅτι* interponendum fortasse *ἤ*.

p. 19, 24. *τἀργύριον*] Palatinus (Prell.), non *τὸ ἀργύριον*, ut Siebenk.; *τὲ ἀργύριον* Camotiana; *τὸ ἀργύριον* vulgo.

Ἀπιστίας ιη'.

p. 19, 30. *τὸν πευσόμενον*] *τὸν* om. vulgo; accessit e Palatino.

p. 20, 1. *καὶ φέρειν αὐτὸς τὸ ἀργύριον καὶ κατὰ στάδιον καθίζων ἀριθμεῖν, πόσον ἐστί*] *καὶ φέρων αὐτὸς τ. ἀ κ. κ. στάδιον ἀριθμεῖν πόσον ἐστί* vulgo; *καὶ φέρων — καὶ* $\overset{\Delta'}{\text{καταστα}}$ *καθίζων ἀριθμεῖν πόσον ἐστί* Palatinus. Ultima verba *πόσον ἐστί*, quae Siebenkeesius in Palatino non inveniri affirmat et „glossema e margine in textum receptum" esse putat, haudquaquam ab illo codice absunt. Apparet igitur, me recte illa comm. II. p. 8 defendisse, et errasse Meierum, qui (comm. II. p. 7) contra me disputans eadem reiecerit; *καθίζων*, quod in Palatino interpositum est, in vulgaribus contra exemplis non invenitur, a recentioribus editoribus omnibus

receptum est; — *φέρειν* primus Coraes pro *φέρων* scribendum esse vidit; — *καὶ* ante *κατὰ* om. Trin.

p. 20, 6. *καὶ ἂν*] Palatinus; *καὶ ἐὰν* vulgo, et sic Siebenkeesius, quasi in Palatino ita scriptum sit.

p. 20, 11. *καὶ τοὺς ὅρους — εἰ διαμένουσιν οἱ αὐτοί*] Haec quum vulgo cap. X. (p. 13, 30) posita inveniantur, huc a me translata sunt. In hoc caput etiam Astius illa, Blochium secutus, transtulit, sed post *τυγχάνειν* (p. 20, 9) collocavit, etiam post *ἀριθμεῖν, πόσον ἐστὶ* (p. 20, 3) apte poni statuens. Meierus (comm. II. p. 8) etsi posse ea huc transferri fatetur, tamen etiam in capite X. locum habere censet.

p. 20, 16. *ἂν δ' ἄρα τις οἰκεῖος ᾖ καὶ ἀναγκαῖος, μόνον ἐντυπώσας καὶ — λαβὼν χρῆσαι*] additamentum Palatini, quod quam necessarium sit ex eo intelligitur, quod iam dudum Stephanus, Lycius, Casaubonus, alii post verba *μάλιστα μὲν μὴ δοῦναι* lacunam esse viderunt. A Siebenkeesio Palatini scriptura sic reddita est: *ἂν δ' ἄρα τὶς οἴκειος ἢ καὶ ἀναγκαῖος, μονὸν ἐπυρώσας καὶ — λαβὼν, χρήσει.* In editione Tauchnitiana, qua Blochii editio expressa est, *μόνον ἐπυρώσας* in *μόνον οὐ πυρώσας* mutatum est, a Badhamo vero nihil enotatum, quasi illa Palatini scriptura sit; quod non credo. Ego *μόνον* seu *ὄνομα ἐντυπώσας* scribendum esse suspicatus sum comm. I. p. 21; in coniecturam *ὄνομα ἐντυπώσας* eodem tempore Orellius inciderat; *μόνον ὄνομα ἐμπυρώσας* coni. Meierus comm. II. p. 8, *ὄνομ' ἐντυπώσας* scr. Duebnerus, *ὄνομα ἐντυπώσας* Hartungius. — *ᾖ* pro *ἤ*, *χρῆσαι* pro *χρήσει* primus Schneiderus scripsit. Astius, omissa priore additamenti parte, servata altera, sic scripsit: *εἰ δὲ μή, στήσας καὶ σχεδὸν ἐγγυητὴν λαβών, χρῆσαι.*

p. 20, 22. „*Πόσον* [*καί*] *κατάθου· οὐ γὰρ σχολάζω πω πέμπειν,*“ [*εἰπεῖν*]· „*Μηδὲν πραγματεύου· ἐγὼ γάρ, ἂν σὺ* [*μὴ*] *σχολάσῃς, συνακολουθήσω*“] Aucta haec Palatini additamentis et de coniectura emendata. — *πόσον, κατάθου· οὐ γὰρ σχολάζω πέμπειν* vulgo; *πόσον, κατάθου· οὐ γὰρ σχολάζω πω* (*πω* om. Siebenk.) *πέμπειν· μηδὲν — ἂν σὺ σχολάσῃς, συνακολουθήσω* Palatinus. — *εἰπεῖν* interponendum esse iam Lycius et Casaubo-

nus viderunt: alter autem post *κατάθου*, alter post *πόσου* inseri illud voluit. Post *πέμπειν* Schneiderus *λέγειν* interposuit, ego *εἰπεῖν*. Olim ego (comm. I. p. 23) haec proposui: „*Πόσου* [*καὶ*] *τίθου· οὐ γὰρ σχολάζω πέμπειν*,“ [*εἰπεῖν*] *κτλ.* — *πω* nunc primum e Palatino accessit: a reliquis editionibus omnibus abest, quum in exemplo Siebenkeesiano praetermissum sit. — *μὴ* primus Schneiderus interposuit. Rationem olim a me propositam Duebnerus secutus est; Hartungius *πόσου καὶ κατάθου* scripsit, sed quum non recte intelligeret, prave interpretatus est.

Δυσχερείας ιθ'.

p. 20, 26. *Ἔστιν ἡ*] *Ἔστι ἡ* Siebenkeesius, quasi haec Palatini sit scriptura; *Ἔστιν ἡ* editio Tauchnitiana, ut primus Schneiderus scripsit: ad hanc scripturam a Badhamo nulla enotata est discrepantia; *Ἔστι δὲ ἡ* vulgo.

p. 20, 30. *ἔχειν γὰρ αὐτὰ καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν πάππον, καὶ οὐκ εἶναι ῥάδιον αὐτῷ* [*εἰς*] *τὸ γένος ὑποβάλλεσθαι*] aucta additamento Palatini; *καὶ τὸν πατέρα ἔχειν καὶ τὸν πάππον* vulgo; *ἔχειν γὰρ αὐτὸν καὶ τὸν — εἶναι ῥάδιον αὐτὸν τὸ* (non *ῥαδιον εἰς τὸ*, ut Siebenk.) *γένος ὑποβάλλεσθαι* Palatinus. Pro priore *αὐτὸν* ego olim comm. II. p. 9 *αὐτοῦ* proposui, quod Duebnerus recepit. Meierus (comm. III. p. 4), non improbata mea coniectura, proposuit etiam *αὐτά*, quod nunc cum Hartungio praetuli. Pro *ῥάδιον αὐτὸν τὸ γένος* de coniectura *ῥάδιον αὐτῷ* [*εἰς*] *τὸ γένος* scripsi; — *εἰς*, quod apud Siebenkeesium, quasi in Palatino sit, reperitur, de coniectura ab illo videtur esse interpositum; — *αὐτῷ*, quum a Siebenkeesio praetermissum sit, ab editionibus praeter meam omnibus abest; — *ῥάδιον εἰς ἄλλο γένος* scr. Hartungius.

p. 21, 3. *ταῦτα*] om. Palatinus, ut Badhamus refert. Siebenkeesius tacet.

p. 21, 4. *μασχάλας δὲ*] Palatinus (Badh.); *μασχάλας* (sine *δὲ*) codices et editiones praeter meam omnes, etiam Siebenk.

p. 21, 4. *ἄχρι*] sic Palat. (non *ἄχρις*, ut Siebenk.)

Guelf. 2. Rhedig. Mon. 327. Camot. et nonnulli alii libri editi; ἄχρις vulgo.

p. 21, 7. *καὶ τὰ τοιαῦτα· [καὶ] ἐσθίων ἀπομύττεσθαι*] *καὶ*, quod ante *ἐσθίων* interposui, in epitome Augustana reperitur; — *τὰ τοιαῦτα* uncis inclusit Astius, Meierus vero comm. III. p. 4. I. p. 6 defendit; — *ἐσθῆτι ἀπομύττεσθαι* (pro *ἐσθίων ἀπομ.*) coni. Needhamus et Pavus, *ἐσθῆτι δ' ἀπομ.* scr. Blochius. Meierus comm. III. p. 4 intercidisse statuit post *καὶ τὰ τοιαῦτα*, quibus et *δυσχερείας* extrema pars et principium novi characterismi continerentur. Eum novum characterismum non audet dicere qualis fuerit, coniicit tamen, „inepti" indolem esse complexum.

p. 21, 7. [*καὶ*] *ἅμα δ' ἀρξάμενος προσλαλεῖν ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος· [καὶ] ἅμα πιὼν προσερυγγάνειν*] Secutus sum emendandi rationem paullum diversam ab ea, quam comm. II. p. 11 proposui; — *θύειν ἀρξάμενος, προσλαλεῖν, καὶ ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος· ἅμα πιεῖν, προσερυγγάνειν* vulgo (Fisch.); *θύων ἅμα δ' ἄρξασθαι προσλαλῶν, ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος· ἅμα πιὼν προσερυγγάνειν* Palatinus; *καὶ ἀρξάμενος λέγειν ἀποπτύειν, καὶ πιὼν ἐρυγγάνειν* epitome Augustana. Hanc secutus ego *καὶ* ante *ἅμα δ' ἀρξάμενος προσλαλεῖν* — sic primus Schneiderus scripsit — collocavi; *καὶ* ante *ἅμα πιὼν* Blochius inseruit. Meierus comm. III. p. 4 haec et priora sic scribi vult: *ἐσθίων ἀπομύττεσθαι καὶ πιὼν προσερυγγάνειν· καὶ θύων δὲ ἅμα τε κατάρξασθαι καὶ λαλεῖν· καὶ προσλαλῶν ἅμα ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος.*

p. 21, 9. [*καὶ ἀπὸ δείπνου*] *ἀναπόνιπτος ἐν τοῖς στρώμασι μετὰ τῆς γυναικὸς αὑτοῦ κοιμᾶσθαι*] additamentum Palatini, in quo sic scriptum est: *ἀναπίπτοντος ἐν τοῖς στρώμασι μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ κοιμᾶσθαι.* In emendando illo usus primum sum coniectura Badhami, qui, ut Sheppardus refert, *ἀναπόνιπτος* pro *ἀναπίπτοντος* scribendum esse suspicatus est; deinde verba *καὶ ἀπὸ δείπνου* interposui et *αὐτοῦ* in *αὑτοῦ* mutavi; *αὑτοῦ* Astius tanquam Palatini scripturam p. 169 falso commemorat; — *ἀναπίπτων τε* pro *ἀναπίπτοντος* coni. Siebenkeesius.

p. 21, 11. [*καὶ*]] ante *ἐλαίῳ* primus interposuit Astius.

p. 21, 12. χρώμενος σφαιρίζειν] sic Palatini scrip-

turam χρώμενος σφύζεσθαι de coniectura mutavi; χρῆσθαι vulgo; χρίεσθαι Rhedigerianus et sic coni. Coraes. Palatini illud σφύζεσθαι alii aliter mutarunt; σφύζειν coni. Siebenkeesius, σπογγίζεσθαι vel σφογγίζεσθαι Coraes, σφίγγεσθαι Viscontius apud Schweighaeuserum, φλύζεσθαι Astius, ξυρίζεσθαι scr. Hartungius.

p. 21, 12. καὶ χιτωνίσκον παχὺν καὶ ἱμάτιον σφόδρα λεπτὸν καὶ κηλίδων μεστὸν ἀναβαλόμενος εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν] aucta additamentis Palatini; ἱμάτιον κηλίδων μεστὸν ἀναβαλόμενος, εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν vulgo. — ἀναβαλλόμενος pro ἀναβαλόμενος codices (Guelf. 2. Trin. Mon. 327. Rhedig.), etiam Palatinus (non ἀναβαλόμενος, ut Siebenk.).

p. 21, 14. ἐξελθεῖν] Sequuntur vulgo verba καὶ εἰς ὀρνιθοσκόπου — τῷ οἰνοχόῳ, quae nunc cap. XI. p. 14, 31 — p. 15, 6 posita sunt. Ab hoc capite aliena illa esse iam multi viderunt; ad cap. XI. pertinere Hottingerus et Schweighaeuserus intellexerunt, quos praeter alios Astius secutus est.

Ἀηδίας κ'.

p. 21, 16. Ἔστιν ἡ ἀηδία] Ἔστι ἡ ἀηδία Siebenkeesius tanquam Palatini scripturam exhibet; Ἔστιν ἡ ἀηδία Schneiderus de coniectura, ut videtur, scripsit; eadem exempli Tauchnitiani est scriptura, ad quam nihil eno tavit Badhamus; Ἔστι δὲ ἀηδία vulgo (etiam Rhedig. Mon. 327); Ἔστι δὲ ἡ ἀηδία Astius de coniectura.

p. 21, 19. πρόσελθόντος] de coniectura; προσελθὼν vulgo; παρελθὼν coni. Astius.

p. 21, 21. μασώμενος] sic Palatinus, non μασσώμενος, ut est apud Siebenkeesium; μασσώμενον Guelf. 2. Trin. Mon. 327. Rhedig. et veteres editiones; μασσώμενος de corr. Casauboni recentiores plerique.

p. 21, 22. καὶ πανούργιον τοῦ πάππου καλῶν] additamentum Palatini, in quo sic scriptum est: καὶ πανουργιῶν (non πανοῦργον, ut est apud Siebenkeesium) τοῦ π. κ. Ego πανουργιῶν in πανούργιον mutare ausus sum, quamquam hoc deminutivum apud scriptores ad nostram memoriam servatos nusquam reperitur. Haec

si vera est coniectura, tota haec nota *καὶ τὸ παιδίον — καλῶν* rectius mihi ad cap. V., quo blandi hominis mores describuntur (*ἀρεσκείας*), referri videtur, ad quod retulit Blochius. Itaque lacuna fortasse statuenda et sic scribendum est: *καὶ* [*πλήρη* (seu *μεστὸν*) *τῶν*] *πανουργιῶν τοῦ π. κ.* Ceterum e Siebenkeesiano illo *πανοῦργον* Schneiderus *πανουργότερον*, Astius *πᾶν ἔργον* fecit.

p. 21, 23. *ἐσθίων δὲ ἅμα*] sic Palatinus, non *ἐσθίων ἅμα*, ut est apud Siebenkeesium, quem recentiores nonnulli secuti sunt; *ἔσθων δὲ ἅμα* Guelf. 2. Rhedig. Mon. 327; *ἐσθίων δ' ἅμα* vulgo.

p. 21, 27. „*Εἰπέ, μάμμη, ὅτ' ὤδινες καὶ ἔτικτές με, ποία τις ἡμέρα*"] aucta ex Palatino; *ὡς ποίᾳ ἡμέρᾳ με ἔτικτες* vulgo, *ὡς* tamen nonnulli editores omiserunt, Astius uncis inclusit; *εἶπον* (*εἶπον* Shepp. *εἰπὲ*, Siebenk.) *μάμμη, ὅτ' ὤδινες καὶ ἔτικτές με τίς ἡμέρα* Palatinus; *ποία τις*, coniuncta Palatini cum vulgata lectione, primus scripsit Schneiderus.

p. 21, 28. *καὶ ὑπὲρ αὐτῆς δὲ λέγειν, ὡς* [*οὐχ*] *ἡδύ ἐστι, καὶ ἀμφότερα δὴ οὐκ ἔχοντα οὐ ῥᾴδιον ἄνθρωπον συλλαβεῖν*] assumta haec e Palatino, in quo sic scripta sunt: *καὶ — ὡς ἡδύ ἐστι, καὶ ἀμφότερα δὲ* (*δὲ* om. Siebenk.) — *ἄνθρωπον λαβεῖν.* Ego [*οὐχ*] *ἡδύ ἐστι*, olim iam (comm. I. p. 25) a me propositum, recepi et *δὲ* in *δὴ* mutavi. Deinde *συλλαβεῖν* scripsi, quod, quum in codice *λαβεῖν* sit, a recentiore manu subscriptum et in margine infinitivo *εὑρεῖν* apposito explicatum est, ut Siebenkeesius anecd. p. XXXII. refert. Badhamus tacet. Astius *ἡδύ ἐστι*, quod in Palatino est, in *ἡδύς ἐστι* mutavit idque Duebnerus recepit.

p. 21, 30—p. 22, 12. *καὶ — εὐφραινώμεθα*] Astius haec omnia, quum in codicibus omnibus hoc loco posita sint, sine ulla controversia ad cap. XXIII., quod est de ostentatione (*ἀλαζονείας*), referenda esse affirmat. Alii in alia capita transponenda esse statuunt. Ego ad hoc caput pertinere illa defendi ac probavi argumentis comm. II. p. 30—32.

p. 21, 30. καὶ [*κληθεὶς δ' ἐπὶ δεῖπνον — διηγήσα-*

σθαι], ὅτι ψυχρὸν ὕδωρ ἐστὶ παρ' αὐτῷ λακκαῖον, ὥστε [ἀεὶ καὶ τὸν οἶνον] εἶναι ψυχρόν, καὶ ὡς κῆπος λάχανα πολλὰ ἔχων καὶ ἁπαλά, καὶ μάγειρος εὖ τὸ ὄψον σκευάζων] aucta haec additamentis Palatini; καὶ ὅτι ψυχρὸν ὕδωρ ἐστὶ παρ' αὐτῷ λακκαῖον. καὶ ὡς κῆπος λάχανα πολλὰ ἔχων καὶ ἁπαλὰ vulgo (Fisch.). Eadem in Palatino extant; adduntur autem deinde haec: ὥστε εἶναι ψυχρόν· καὶ μάγειρος εὖ τὸ ὄψον σκευάζων. Egi de hoc loco comm. II. p. 32. 33. Coniecturam ibi propositam paullulum mutatam recepi. Verba ὥστε εἶναι ψυχρὸν primus Schneiderus post λακκαῖον collocavit, neque tamen quicquam interposuit. Post primum καὶ ante ὅτι ψυχρὸν ὕδωρ Duebnerus asteriscos lacunae signa posuit. Alteram lacunam verbis ἀεὶ τὸν οἶνον olim iam a me propositis, quibus nunc καὶ adieci, explevit.

p. 22, 3. καὶ ξενίζων δὲ [φῆσαι], ὅτι ἡ οἰκία αὐτοῦ πανδοκεῖόν ἐστι· μεστὴν γὰρ ἀεί· καὶ τοὺς φίλους αὐτοῦ εἶναι τὸν τετρημένον πίθον· εὖ ποιῶν γὰρ αὐτοὺς οὐ δύνασθαι ἐμπλῆσαι· καὶ δεῖξαι τὸν παράσιτον αὐτοῦ, ποῖός τίς ἐστι, τῷ συνδειπνοῦντι] aucta additamentis Palatini et de coniectura emendata; καὶ ὅτι ἡ οἰκία αὐτοῦ πανδοκεῖόν ἐστι. καὶ ξενίζων δὲ δεῖξαι τὸν παράσιτον αὐτοῦ ποῖός τις vulgo (Fisch.). Eadem in Palatino reperiuntur, sed post πανδοκεῖόν ἐστι interponuntur haec: μεστὴ γάρ ἐστι. καὶ τοὺς φίλους αὐτοῦ εἶναι — ἐμπλῆσαι; ultimis autem illis ποῖός τις addita haec sunt: ἐστι τῷ συνδειπνοῦντι. Accurate hunc locum comm. II. p. 34. 35 tractavi ibique coniecturam proposui, qua hic usus sum. Primum enim verba ξενίζων δὲ transposui, deinde φῆσαι interposui, denique μεστὴ γάρ ἐστι in μεστὴν γὰρ ἀεί mutavi. Secutus me est Duebnerus, φῆσαι tamen non interposuit. Etiam Hartungius coniecturam μεστὴν γὰρ ἀεί recepit, me autem auctorem non nominavit.

p. 22, 7. καὶ παρακαλῶν δὲ ἐπὶ τοῦ ποτηρίου εἰπεῖν, ὅτι τὸ τέρψον τοὺς παρόντας παρεσκεύασται, καὶ ὅτι — παρὰ τοῦ πορνοβοσκοῦ ἤδη, „Ὅπως πάντες ὑπ' αὐτῆς αὐλώμεθα καὶ εὐφραινώμεθα"] aucta Palatini additamentis; καὶ παρακαλῶν δὲ ἐπὶ τοῦ ποτηρίου

ὅτι τέρψον τοὺς παρόντας vulgo (Fisch.); reliqua e Palatino accesserunt. — ποτηρίου in Palatino, ut Badhamus refert, π̈^π (πο^ϛ apud Sheppard.) exaratum est; — pro παρεσκεύασται apud Siebenkeesium παρασκευάσται vitiose scriptum est: in codice ipso mendum non videtur inesse. Denique verba πορνοβοσκοῦ ἤδη, Ὅπως apud Siebenk. sic scripta sunt: πορνοβόσκου· ἤδη πῶς. Schneiderus πῶς in ὅπως mutavit et hoc in exemplo Tauchnitiano reperitur: Badhamus nihil enotavit.

Μικροφιλοτιμίας κα΄.

p. 22, 18. ἀγαγὼν] sic Palatinus, non ἀναγὼν, ut est apud Siebenkeesium; ἀναγαγὼν, quod in Palatino esse non recte Schneiderus narrat, praeter illum etiam Blochius, Astius, Duebnerus receperunt; ἀναγαγεῖν Meierus comm. III. p. 5 mavult idque recepit Hartungius; ἀπαγαγὼν vulgo. Scribendum fortasse ἀγαγεῖν.

p. 22, 19 — p. 23, 9. καὶ πλειστάκις δὲ ἀποκείρασθαι — „Τούτου ἐστὶν ἡ παλαίστρα“] Haec in codicibus omnibus et in plerisque editionibus capiti V., quo de blanditia agitur, ita adiuncta sunt, ut verba καθεύδειν ἅμα θλιβόμενος (p. 8, 30), quae nunc ultima in eo sunt, proxime sequantur. Non convenire ea in blandi hominis descriptionem Fischerus adeo p. 47 fatetur. Casaubonus duas capitis quinti partes ad diversorum vitiorum descriptiones pertinere statuit: perisse enim fortasse finem quinti capitis et initium sequentis, quo βαναυσία vel ἀπειροκαλία descripta fuerit. Hanc amplexus sententiam Schneiderus e verbis supra positis καὶ πλειστάκις — παλαίστρα novum fecit caput, cuius interierit initium. Astius ad hoc, de quo agitur, caput illa retulit, neque tamen quo ego loco posuit, sed in fine post verba καθ' ὑπερβολὴν εὐημερεῖ (p. 23, 31).

p. 22, 27. ἀποστ[έλλειν] ἁλμάδας] ἐπιστάλματα vulgo. Coniectura paullo audaciore usus sum, quia leniorem emendandi rationem invenire non potui. Casaubonus iam ἐπιστάλματα in ἀποστάλματα mutari voluit, quamquam ne haec quidem vox aliunde nota est; ἐπισάγματα coni.

Furlanus, ἐπιστέμματα Pavus. Aliam emendandi viam ingressi Hottingerus et Astius ἐπιστάλματα post ξένοις δὲ collocarunt, lacunam praeterea statuentes esse, quam Astius quidem addito verbo πέμματα explendam esse suspicatur; — πέμπειν, quod in Rhedigeriano post Κύζικον, in epitome Augustana post κύνας haud incommode interpositum est, receptum illud a Schneidero in editionem secundam et ab Hartungio, non assumsi: credo enim, illud, postquam verbum ἀποστέλλειν intercidit, a librariis esse additum. Erunt tamen fortasse, quibus haec placebit minusque audax videbitur emendandi ratio: ξένοις δὲ ἀποστάλματα, [ἁλμάδας] εἰς Βυζάντιον καὶ Λακωνικὰς κύνας εἰς Κύζικον πέμπειν καὶ μέλι κτλ.

p. 23, 4. παλαιστριαῖον] sic tres codices Duebneri, Palatinus Neveleti, Rhedigerianus; recepit Duebnerus; παλαιστρικὸν vulgo, παλαιστρικὴν Astius de coniectura.

p. 23, 4. κονι[στήριο]ν] de coniectura a Meiero comm. V. p. 9 proposita, ab Hartungio recepta; κόνιν vulgo, κόριν vel κόργν Mon. 327.

p. 23, 5. χρηννύναι] de coniectura mea, de qua supra ad p. 14, 3 dixi. — χρὴ νῦν ἀεὶ Paris. A. B. Barocc., quam scripturam Needhamus e χρωννύναι vel κιχράναι, Pavus e χρωννύειν ἀεί, quod quidem in codice vetustissimo Salmasii (de modo usur. p. 306) repertum esse dicitur, ortam putat. Fischerus, his narratis, adiungit: „At quidni potius e χρηννύειν ἀεί?" — χρᾷν ἀεὶ Guelf. 1. 2. Rhedig. Gall. 3 et libri editi, paucis quidem, in quibus χρᾷν omittitur, exceptis; χρᾷν om. Gall. 5. Trin. Mon. 327. 490; interpolatum est, ut ait Needhamus, in Gall. 4.

p. 23, 7. καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον ἐπεισιέναι ἐπὶ [τῷ εἰπεῖν τὸν ἕτερον] τῶν θεωμένων πρὸς τὸν ἕτερον] καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον εἰπεῖν, ἐπὶ τῶν θεωμένων, πρὸς ἕτερον vulgo (Fisch.). Ab hac scriptura optimi codices Paris. A. B. Fontebland. Barocc. ita discedunt, ut ἔπεισιν pro εἰπεῖν, πρὸς τὸν ἕτερον pro πρὸς ἕτερον exhibeant. Etiam in Florentino codice ἔπεισιν est: significatio quidem eius accuratior apud Riccium excidit, est autem sine dubio Flor. V. Optimorum codi-

cum scripturam πρὸς τὸν ἕτερον cum Needhamo servavi, ἔπεισιν autem in ἐπεισιέναι mutavi; interpositis deinde post ἐπὶ praepositionem verbis τῷ εἰπεῖν τὸν ἕτερον lacunam apertissimam explevi. Ceterum ἔπεισιν vel εἰπεῖν in ἐπεισελθεῖν mutavit Schneiderus I., in ἐπεῖναι Schwarzius, in ἐπιέναι mutari voluit Fischerus, in ἐλθεῖν Pavus. Similiter atque ego iam Needhamus lacunam explevit, haec quidem interponens: τῷ εἰπεῖν τινα. Hunc secutus Schwarzius τῷ εἰπεῖν ἕνα interposuit, Astius sic scribendum esse coniecit: ἐπὶ [τῷ εἰπεῖν] τῶν θεωμένων [ἕτερον] πρὸς ἕτερον. Meierus paullo audacius grassatus hanc proposuit emendandi rationem (comm. V. p. 9): καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ὕστερον εἰπεῖν περιιὼν τῶν θεωμένων πρὸς ἕκαστον, ὅτι αὐτοῦ ἔστιν ἡ παλαίστρα.

p. 23, 10. ἀποδοῦναι] In Palatino verba καὶ κολοιῷ δὲ — πηδήσεται sequuntur, quae a me paullo inferius post περιπατῶν (p. 23, 17) collocata sunt.

p. 23, 12. προσπατταλῶσαι] Palatinus; προσπατταλεῦσαι vulgo.

p. 23, 16. ἐν τοῖς μύωψι] additamentum Palatini, in quo, si fides Siebenkeesio habenda est, ἐν ταῖς μ. invenitur. Badhamus, quamquam in exemplo Tauchnitiano mendum correctum est, nihil tamen enotavit.

p. 23, 17. Καὶ κολοιῷ δὲ ἔνδον — ὁ κολοιὸς πηδήσεται] additamentum Palatini, tractatum a me comm. II. p. 14. 15. Vid. ad p. 23, 10.

p. 23, 20. Μελιταίου] additamentum Palatini, firmatum illud auctoritate epitomes Augustanae, in qua haec inveniuntur: καὶ κυναρίου μελιταίου τελευτήσαντος μνῆμα ποιῆσαι.

p. 23, 20. αὐτῷ μνῆμα καὶ στηλίδιον ποιήσας] sic Palatinus, siquidem scripturam eius fideliter expressit Siebenkeesius; αὐτῷ μνῆμα ποιῆσαι. καὶ στηλίδιον ποιήσας vulgo. In Tauchnitiano exemplo molestum illud ποιῆσαι post μνῆμα adest: abesse vero a Palatino Badhamus certe non dixit.

p. 23, 23. στιλπνῶν καὶ ἀλείφειν] de coniectura; στεφανοῦντα ἀλείφειν Palatinus; στεφανοῦντα ἀλείφεσθαι Trin. Guelf. 2. Rhedig. Mon. 327, veteres editiones usque

ad Casaubonum; *στεφανῶν· καὶ ἀλείφεσθαι* recentiores plerique editores de coniectura Casauboni; *στεφανῶν, καὶ ἀλείφειν* Schneiderus; *στεφανῶν καὶ ἀλείφων* coni. Coraes, recepit Astius. Meierus denique, postquam (comm. III. p. 5) *στεφανοῦν, ἀπαλείφειν* scribendum esse dixit, „*στεφανοῦν*," inquit, „non credo verum esse neque tamen scio, quid in eo lateat reconditum."

p. 23, 24. *συνδιοικήσασθαι*] *συνδιοικίσασθαι* Palatinus (non *συνδιοικήσασθαι*, ut Siebenk.). Retinui vulgatam scripturam a Meiero III. p. 5. 6 defensam. Scribendum tamen fortasse *συνδιαπράξασθαι*.

p. 23, 27. *ἐθύομεν οἱ πρυτάνεις τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, καὶ ὑμεῖς δέχεσθε τὰ ἀγαθά· τὰ γὰρ σφάγια καὶ τὰ ἱερὰ καλά*] emendavi haec de coniectura partim Meieri partim mea; *ἐθύομεν οἱ πρυτάνεις τὰ ἱερὰ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ἄξια καὶ καλά, καὶ ὑμεῖς ἐκδέχεσθε τὰ ἀγαθά* vulgo (Fisch.); *ἐθύομεν οἱ πρυτάνεις τὰ ἱερὰ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν· τὰ γὰρ* (non *μὲν*, ut Siebenk.) *ἄξια καὶ τὰ ἱερὰ καλά· καὶ ὑμεῖς δέχεσθε τὰ ἀγαθά* Palatinus; *ἐθύομεν οἱ πρυτάνεις τὰ ἱερὰ τῇ Μητρὶ τῶν θεῶν καὶ ἔστι τὰ μὲν σφάγια καὶ τὰ ἱερὰ καλά κτλ.* coni. Meierus comm. III. p. 6. Ego vero *τὰ ἱερά*, quod in vulgaribus codicibus et editionibus ante *καλά* deest et in alienum locum male translatum esse videtur, post *πρυτάνεις* omisi; deinde *ἄξια* cum Meiero in *σφάγια* mutavi; denique verba *καὶ ὑμεῖς δέχεσθε τὰ ἀγαθά* post *τῶν θεῶν* collocavi. In reliquis Palatinum secutus sum.

p. 23, 30. *αὐτοῦ*] *αὐτοῦ* Palatinus, non *ἑαυτοῦ*, ut est apud Siebenk.; *ἑαυτοῦ* reliqui libri et scripti et editi omnes.

Ἀνελευθερίας κβ'.

p. 24, 2. *περιουσία τις ἀποφιλοτιμίας δαπάνης ἔχουσα*] de coniectura a me comm. III. p. 27 proposita; *π. τις ἀπὸ φιλοτιμίας δαπάνην ἔχουσα* veteres editiones et codices omnes, etiam Palatinus: neque enim in hoc codice *ἀποφιλοτιμίας* est, ut Siebenkeesius affirmat, sed, ut in reliquis, *ἀπὸ φιλοτιμίας*. — *ἀποφιλοτιμίας* pro *ἀπὸ φιλοτιμίας* scribendum esse primus Fischerus coniecit, ἀφιλο-

τιμίας Casaubonus primus proposuit; — *δαπάνην ἔχουσα* in *δ. φεύγουσα* mutari voluit Casaubonus, in *δαπάνης ἔχθουσα* Reiskius, in *δαπάνην ἔχθουσα* Boissonadius (ad Marini vit. Procl. p. 75), in *δαπάνης ἀπέχουσα* Astius; — *ἀπουσία φιλοτιμίας δαπάνην ἐχούσης* coni. Schweighaeuserus, *περιουσία τις ἀπο[στροφῆς ἀπὸ] φιλοτιμίας δαπάνην ἐχούσης* Meierus comm. III. p. 6. Quod ego proposui, *δαπάνης ἔχουσα*, Duebnerus recepit. Fortasse tamen *δαπάνης εἴργουσα* scribendum.

p. 24, 5. *ἐπιγράψας μὲν*] Palatinus; *ἐπιγράψας* (sine *μὲν*) vulgo; *ἐπιγραψάμενος* in Palatini scriptura latere putat Schneiderus.

p. 24, 8. *ἱερεω[σύνω]ν*] de coniectura Meieri (comm. III. p. 7), etiam ab Hartungio recepta; *ἱερέων* (non *ἱερείων*, ut est apud Siebenk.) Palatinus; *ἱερείων* reliqui libri scripti et editiones veteres omnes; *ἱερῶν* coni. Casaubonus (ad Vopisc. p. 240), *ἱερέως* Needhamus, *ἱερέων* Stephanus.

p. 24, 9. *ἀποδόσθαι*] Palatinus (*ἀποδύσθαι* Shepp.), non *ἀποδίδοσθαι*, ut est apud Siebenkeesium; *ἀποδίδοσθαι* vulgo; *ἀποδόσθαι* scribendum esse Meierus iam comm. III. p. 7 coniecit eumque secutus est Hartungius.

p. 24, 11. *στρώματα αὑτῷ*] *στρῶμα ταὐτὸν* Palatinus, non *στρώματα αὐτοῦ*, ut est apud Siebenkeesium. Correxit Meierus comm. III. p. 7, quem secutus est Hartungius; *αὑτῷ* om. reliqui omnes.

p. 24, 13. *καὶ τὰ παιδία δὲ δεινὸς μὴ πέμψαι εἰς διδασκάλου, ὅταν ᾖ Μουσεῖα, ἀλλὰ φῆσαι κακῶς ἔχειν, ἵνα μὴ συμβάλωνται*] Novum hoc additamentum in Palatino sic scriptum est: *καὶ — εἰς διδάσκαλον, ὅτ*ᶜ (*ὅταν* Siebenk. et Sheppardus) *ᾖ* (non *ᾗ*, ut Sieb.) .*τοῦ ἀποτιθέναι καὶ*

δ α, δ

τὰ παι μουσι (*παιδιμουσια* Siebenk., *παιμουσία* Sheppard.), *ἀλλὰ — συμβάλωνται* (non *συμβάλλωνται*, ut Siebenk.). Siebenkeesius quidem *εἰς διδάσκαλον* tanquam Palatini scripturam exhibet: Badhamus vero, etsi in Tauchnitianam editionem Schneideri correctio *εἰς διδασκάλου* recepta est, nihil tamen annotavit. Tractavi hunc locum comm. II. *p. 18.* Blochio equidem assensus ostendi ibi, verba *τοῦ*

ἀποτιθέναι καὶ omittenda esse. Longius etiam progressus Meierus comm. III. p. 7 omnia illa *τοῦ ἀποτιθέναι καὶ τὰ παιδὶ* e superioribus male esse repetita statuit. Hanc emendandi rationem facere non potui quin amplecterer.

p. 24, 16. *καὶ*] ante *τὰ λάχανα* om. Palatinus, ut refert Badhamus; a Siebenkeesio haec omissio silentio praetermissa est.

p. 24, 18. *καὶ διειλεγμένον αὐτῷ προσιόντα*] additamentum Palatini. Siebenkeesius et Astius minus recte post *διειλεγμένον* comma ponunt. Vid. comm. I. p. 26.

p. 24, 19. *ἀποκάμψας*] sic etiam Palatinus, non *ἀνακάμψας*, ut est apud Siebenk.

p. 24, 19. *τὴν κύκλῳ*] sic Palatinus, non *τῷ κύκλῳ*, ut in Siebenkeesii exemplo scriptum est; *τῷ* omittendum esse iam dudum intellectum est. Vid. comm. I. p. 26. Ceterum verba *τὴν κύκλῳ*, vulgo omissa, e Palatino assumta sunt, *τὴν* autem ab editionibus praeter meam omnibus abest.

p. 24, 20. *καὶ τῇ γυναικὶ δὲ τῇ ἑαυτοῦ προῖκα εἰσενεγκαμένῃ μὴ πρίασθαι θεράπαιναν, ἀλλὰ μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους τὰς γυναικείας παιδίον τὸ συνακολουθῆσον*] aucta additamentis Palatini; *καὶ μὴ πρίασθαι θεραπαίνας, ἀλλὰ μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους* vulgo. Recepi coniecturam comm. II. p. 20 a me propositam *εἰς τὰς ἐξόδους τὰς γυναικείας*, quamvis Meierus comm. III. p. 8 Palatini scripturam *εἰς τὰς ἐξόδους ἐκ τῆς γυναικείας* defendat et Cobetus var. lectt. p. 204 dicat: „supple *ἐκ τῆς γυναικείας ἀγορᾶς*.“ Secuti me sunt Duebnerus et Hartungius. Cobetus l. l. praeterea *εἰσηνεγκαμένῃ* in *ἐπηνεγκαμένῃ* (sic enim scribit ipse) mutari iubet, quasi non liceat dicere *εἰσφέρεσθαι προῖκα*. Itaque corrigenda nimirum etiam Demosthenis in oratione c. Aphob. p. 814, 11 erunt verba *τὴν ἡμετέραν μητέρα πεντήκοντα μνᾶς εἰς τὸν οἶκον εἰσενηνεγμένην*. — In codicibus Trin. Guelf. 2. Rhedig. Mon. 327 et in Camotiana *θεράπαιναν* scriptum est; etiam in Palatino *θεράπαινα* est, non *θεραπαίνας*, ut Siebenkeesius exhibet. Itaque non sum ausus vulgatam retinere scripturam, quam olim quidem praetuli. Ultima denique verba

in Palatino sic scripta sunt: *παιδίον τὸ συνακολουθῆσαν*, non *παιδίον συνακολουθήσον*, ut est apud Siebenk.

p. 24, 23. *καὶ τὰ ὑποδήματα παλιμπήξει — οὐδὲν διαφέρει*] additamentum Palatini. Meierus comm. III. p. 5 illud „potius in sordidum et avarum quam in illiberalem ab sumptibus cuiuscunque *φιλοτιμίας* abhorrentem cadere“ putat. Obsecutus ei Hartungius in cap. X. (*μικρολογίας*) transtulit. Pro *παλιμπήξει* in codice *πάλιν πήξει* scriptum: correxit Schneiderus. Quod ego comm. II. p. 21 proposui, *ἥλων ἐμπήξει*, Duebnerus recepit.

Ἀλαζονείας κγ´.

p. 24, 29. *δὲ*] om. Palatinus, si quidem fides haberi potest Siebenkeesio. Badhamus, quamquam a Tauchnitiana editione non abest illud, nihil tamen discrepantiae enotavit.

p. 24, 29. *προσποίησις ἀγαθῶν*] de Auberii et Reiskii coniectura, etiam ab Hartungio recepta; *προσδοκία τις ἀγ.* Palatinus, *προσδοκία τινῶν ἀγ.* vulgo. Cf. comm. II. p. 31. III. p. 25.

p. 25, 3. *καὶ ἀπολώλεκε*] additamentum Palatini. Cf. comm. II. p. 22.

p. 25, 3. *καὶ ἅμα ταῦτα — κειμένης*] additamentum Palatini.

p. 25, 3. *πλεθρίζων*] Retinui, quod in Palatino scriptum est, quia nihil, quod plane satisfaceret, potui invenire.

p. 25, 4. *ἐπὶ*] de coniectura comm. II. p. 23 a me proposita. Receperunt Duebnerus et Hartungius; *εἰς* Palatinus.

p. 25, 5. [*μηδὲ*] *δραχμῆς*] *μηδὲ* de coniectura interposui.

p. 25, 6. *δὲ* et *δεινὸς*] additamenta Palatini.

p. 25, 7. *καὶ ὡς αὐτῷ εἶχε*] Etiam haec e Palatino assumta sunt. Cf. comm. II. p. 25.

p. 25, 10. *καὶ ταῦτα — ἀποδεδημηκώς*] supplementum Palatini. Cf. comm. II. p. 25.

p. 25, 10. *δὴ φῆσαι*] de coniectura Corais; *ψηφῆσαι* *Palatinus*; *ψοφῆσαι* coni. Hottingerus et Orellius ad

Isocr. ἀντιδ. p. 267; ψηφίσαι censor quidam in ephemerid. litterar. Ienens. a. 1798. n. 339. p. 358; φληναφῆσαι ego olim comm. II. p. 25.

p. 25, 11. *καὶ γράμματα δὲ*] δὲ om. vulgo. In Palatino videtur esse: primus enim Siebenkeesius illud induxit et ex eius editione in suas assumserunt Schneiderus, Blochius, Astius, alii: neque Badhamus abesse a codice particulam dicit. Ceterum illi, quos nominavi, editores hanc additionem ne verbo quidem commemorant.

p. 25, 12. *τριττὰ δή, λέγοντα*] sic Palatinus (omisso tamen post δή commate, quod ego interposui), non *τριττὸν δὴ λέγ.*, ut est apud Siebenkeesium; *τρίτον δὴ λέγ.* vulgo.

p. 25, 15. „*Περαιτέρω φιλοσοφεῖν προσῆκε Μακεδόσι*"] supplementum Palatini, quod quomodo sine mutatione retineri et defendi possit, appositis signis ostendi. Scribendum tamen videtur, ut olim (comm. II. p. 27) conieci, [*καὶ ὅτι*] *περαιτέρω φ. πρ. Μ.* Schneiderus *Μακεδόσι* in *Μακεδόνων* mutandum esse statuit, Hartungius *περ. φιλ. γὰρ προσήκειν Μακεδόνων* scripsit, Siebenkeesius supplementum post *Μακεδονίαν* collocari voluit.

p. 25, 16. *δὲ*] additamentum Palatini, ab recentioribus fere omnibus receptum, sed non commemoratum.

p. 25, 17. *αὐτῷ γένοιτο*] sic Palatinus, non *γένοιτο αὐτῷ*, ut Siebenk.; *γ. ἑαυτῷ* Schneiderus; *ἐγένοντο ἑαυτῷ* Hartungius; *γένοιτο αὐτῷ* vulgo.

p. 25, 18. *ἀνανεύειν γὰρ οὐ δύνασθαι*] supplementum Palatini.

